



**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

V. Ea religiose ac modestè refelluntur, quæ Pater Vincentius Baro, Patri Fabri, in sua Theologia Morali, & quibusdam aliis imposuit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

eam sequi non tenetur, nec potest, cum non sit tuta in praxi; si tamen aliqua opinio penitenti suffragetur, quæ sit tuta, quia certo probabilis, tenetur haud dubiè; etiam si oppositam veram esse, putaret; v.g. dubitat penitens, an attigerit annum 21. & credit, juxta opinionem certè probabilem, in hoc dubio, se non teneri lege juni; confessarius tenet oppositam; hic non potest, hoc nomine, absolutionem eidem negare: cur enim? operaretur, inquis, contra suam conscientiam; ex errore igitur; nam si judicet opinionem penitentis certè probabilem esse, licet oppositam veram potius judicet, certè judicat esse tutam in praxi; ac proinde penitentem tutò & absque peccato illa uti; si illud est igitur, quod absolviendo, operetur contra suam conscientiam; nam certum judicium praxicum non fundatur, ut jam dixi, in veritate incerta sed, in certa probabilitate opinionis: unde cum ipse confessarius non sit certus de opposito, juxta Paludanum, Sylvestrum, aliosque ferè omnes antiquiores, & recentiores, judicio penitentis, immo & suo, ut dixi, stare debet; Comitulus autem luculenter hallucinatur, dum vult, idem esse, facere contra suam opinionem, & contra suam conscientiam; quantum unum differat ab alio, vel ipsis Tyronibus notum est; cum opinio sit tantum probabilis, conscientia verò certa; ad id denique, quod dicit, inde sequi, à confessario eum posse absolvi, quem sciret, peccati mortalis, formalis scilicet, Reum esse, cujus tamen eum non penitet, eadem facilitate negatur, qua asseritur; nulla enim est opinio probabilis, quæ id astruat, & qua fretus penitens confessarium ad illam adstringat, vides, quàm hæc levia sint.

116. PITHANOPH. Jam video, uti ante jam prævideram, sed quod inverecundia Valentiam & Sanchez, quales viros, Deus immortalis, insimulet, eò quod dicant, Confessarium ad id teneri, quando scilicet penitentis opinio est verè ac certo probabilis, nullus enim alio modo rem istam intelligit, & omnes ultro concedunt, confessarium non teneri, si partis oppositæ certus sit, aut saltem ex conscientia erronea certus sibi esse videatur, abstinere potuit ab eo scommate, sed grandia istorum auctorum opera auctores suos laudant abundè atque defendunt, parum abest, quin saltem indicem apologum, sed parco, ceterum, quoad hanc sententiam, Sanchez noster lib. 1. in Decal. cap. 9. num. 28. innumeros citat, puta Victoriam, Sot. Navarr. Ledesm. Henric. Azor, Suar. Vasquez, Polanc. Manuel, Jason, Salas, Valent. Sayr. adde alios recentiores, Lugo, Martinon Castro Balao, Laym. &c. hoc autem de Valentia, & Sanchez dictum, mihi revocat in memoriam illud cucullati, cujus nomini parco, dictum, qui cum in collatione morali publica Suarem ab uno ex iis citatum fuisse audisset, excanduit illi, eo, ecquis est ille Suarez, inquis? quis ille Suarez? cujus non sum dignus, fere dixi, dignus non es, solve re corrigam calceamenti, cui, ut dicam quod res est, una dumtaxat antiquitas deest, ut ex primariis Theologiae Principibus censeatur: quod verò subnectit de Doctorum & opinionum detectu, ad rem nihil facit, modo certè constet, opinionem esse probabilem, nihil prorsus de periculo metuendum, Doctorem autem, seu senem, seu juniorem, eum esse oportet, qui doctrinam, peritiam, judicium, pietatem cum multo usu conjunxerit: longus usus, ut plurimum saltem, senum est, cum verò senem dico, decrepitem non intelligo, sed quinquagenario majorem, vidimus aliquando pueros senes, & senes pue-

ros; Doctorem Anglicum etiam juniorem potius consulerem, quam multos septuagenarios: quod multæ antiquorum opiniones jam antiquatæ sint & obsoletæ, non erat quod auctor inficias iret; ducentas hujusmodi, si à me aliquis exigit, facile recensere; nec etiam, quod quadraginta quinque propositiones postremo decreto, ut falsas damnatas fuisse, iterum diceret; cum ex sola decreti inspectione, falsissimum esse constet, easque dumtaxat juniorum esse; cum reverà omnes ferè antiquæ sint, præter eas, quas argumenti novitas antiquas esse non patitur, quod reverà probandum suscipio, si aliquis fidem in hoc mihi detrectet: excerptæ ex Guimenio illius non sunt, sed antiquorum: quod ut probetur, oculis dumtaxat opus; nam auctorum loca fideliter refert; antiquorum item, quæ à Gonetio, & alio, quem auctor appellat, recensentur, & aliquot recentioribus ab hoc ultimo injustè affictæ; & verò recumfentio, multas antiquorum opiniones paulò laxiores à vestris auctoribus castigatas & temperatas fuisse: quod demum aliqua opinio inde suam vim, & licitum, vel illicitum utum ducat, quod ad proprium commodum spectet, falsissimum esse, jam diximus; nihil enim facit proprium commodum, ad probabilitatem opinionis: Unde, vel certè est probabilis, vel non, præciso proprio commodum, si primum, tuta est; si alterum, tuta non est, si de servanda lege agatur; nam si non agatur de servanda lege, quælibet opinio tuta est.

117. ANTIM. Nihil ergo restat, ut video, nec à te dictis quidquam addendum esse putarim; uno tenore & tractu, omnia retulisti simul & refutasti; quare huic concessui finem tandem imponamus; alium si per te licet, post alterum diem, instituamus, ac discutiamus alium libellum cujus copiam mihi fecisti.

PITHANOPH. Per melicet, oportune agero, & libellum feram: vale Antime, cui sanè multum à me deberi profiteor.

ANTIM. Tu etiam vale, Pithanophile, ac tibi persuade, te à me plurimum diligi,

DIALOGUS V.

De Opinione probabili.

In quo ea religiosè ac modestè refelluntur, quæ Pater Vincentius Baro, Patri Fabri in sua Theologia morali, & quibusdam aliis impofuit.

1. CUM hæc eriam ad Probabilitatem argumentum pertineant, sub hac Dialogi forma, eadem comprehendere, non dubitavi, & quia difficile est, istum Hominem, à quo dira omnia, non modò adversus auctores nostros, eosque primæ classis & magni nominis, sed adversus Societatem universam congesta sunt, ea, qua par est, tum animi tum maxime styli moderatione confutare, dabo singularem operam, & in id præsertim enitar, ne quid còviti, aut recriminationis, immò ne quid durius, vel asperius mihi excidat, quo vel minimum castigatoriis etiam oculi pudor perstringatur; eo dumtaxat nomine illud

de illis es, contra quos hæc scripsi fateor ulterò, te prior aggressus sum: at si ea sinceritate & fide, qua par esset, mea verba retulisses, Lector ex iis illico peripexisset hæc adversus Novatores, Theologum Salisburgensem Wendrockium, &c. imò & Petrum Molineum, à me scripta fuisse; statim enim post hæc, ingravediscrimen adducunt, subdo ea, quæ sequuntur, quis enim ferat hoc hominum genus, qui de rebus sacris profanè, de Christianis virtutibus scurriliter, de certissimis divina fidei dogmatis rix probabiliter disputant; cum ea subnecto, quæ ita subjunxisti antecedentibus, ut eodem & minime interrupto tenore, iis cohætere videantur; quæ fidei integritate, judicet lector & videat; hæc scilicet, *nec mirum, quid enim, &c.* est autem, quod de fide tua expostulem, qui ea reticisti, quæ antecedentia consequentibus, ita connectunt, ut rationabilem sensum præferre videantur; cum tamen nullum sensum nisi ridiculum faciant, ea forma, quæ exscripti sunt, quorum enim hæc? quidem ab iis probabilia expectes; si ad ea duntaxat attendam, quæ per laxiorem syncopen exscripti sunt; nihil enim eò usque de probabilitate, ne à me quidem appellata; sed si hæc, quæ proximè antecedunt; descriptulisses, ut bona & ingenua fides postulabat, de certissimis divina fidei dogmatis rix probabiliter disputant, statuisse haud dubiè, quorum illa subnecterem, quid enim ab iis probabilia expectes, item quorum illud, ab iis: quod referri manifestum est, ad illud hominum genus, qui de rebus sacris profanè de Christianis virtutibus scurriliter; unde meridiana luce clarius redditur, me, dum hæc scriberem, nec de te, quem in eorum natura nesciebam esse, nec de quopiam alio auctore Catholico cogitasse, sed de Petro Molineo, VVendrockio, &c. qui tum Theologiam moralem Catholicorum, scurrilibus suis commentariis, tum etiam divina fidei dogmata, suis erroribus & cavillis impugnant; immo cum hæc ad ea quæ Pithanophilus proximè dixerat, repoluerim, sub nomine *Antimi*, quod meum proprium est, Idiomate Græco, quid quæso ille? nihil proflus; nisi gemino bello provincias illas, Gallicæ scilicet, flagrare; armorum & literarum, ac de literariis disentionibus, & factionibus ingratisimis, ad religionem attinentibus, de re periculi plena, demotibus animorum & rixarum ignibus; hæc igitur scripseram in prædictum hominum genus, in apertos fidei & religionis hostes; quibus reverà si accesseris, doleo profecto; de te quidem, non de me; id tamen constât, adversus auctores Catholicos, quicumque tandem illi sint, etiam opinionem probabilioris, aut tutioris patronos; nihil eorum à me scriptum fuisse, quæ à te, mala fide, ad conciliandam invidiam ex opusculo meo excerpta fuerunt.

4. Quod certè vel ex re ipsa manifestè demonstro; scripsi enim supra commemorata contra illos, qui ex Catholicorum Scholis receptissimam probabilitatis doctrinam tanquam multiplicis erroris originem proficere conantur; agnoscis, opinor, mea verba, quæ tu etiam exscriptisti; sed tu ipse qui tutiorem tantum permittis, sive probabilior, sive æquè, sive minùs probabilis censeatur, haud dubiè probabilitatem admittis, etiam minorem, si cum tutiore conjuncta sit; alii verò, qui probabiliori semper adherendum esse pronuntiant, dubio procul omni probabilitatem admittunt, nec illam proferbere conantur; quia probabilior, est etiam probabilis, commentum enim Augustini de Angelis su-

per hoc jam supra diffusum est; igitur contra illos non scripsi; quia scilicet probabilitatem illam omnem admittunt, modo cum tutiore parte conjuncta sit, vel etiam cum minùs tuta, modò major sit probabilitas: illa ergo, inquam, contra hujusmodi auctores Catholicos, non scripsi; sed contra dict. Salisburgensem, aliosque hujus furfurs ac suspectæ fidei homines, qui nullam rationem probabilitatis, sed unius duntaxat veritatis haberi volunt: hinc ex illorum sententia, quamvis aliqua opinio sit probabilior, si tamen falsa sit, culpa non eximit, ut fuscè VVendrockius not. 1. in Epist. 5. idque passim, ac præsertim sect. 4. §. 2. Nec probabilis opinio, nec probabilior secunda dici potest, nisi vera sit; si autem secunda non est, admittenda non est, saltem ad usum & praxim receptam: igitur probabilitatis doctrinam reticiunt ii, qui opinionem etiam probabiliorē non admittunt; eo casu tamen uti esse volunt, quando hi de una, illi de altera parte sentiunt, quod illicita sit; ut si aliqui teneant, quidpiam omitti non posse, absque peccato, alii verò fieri non posse absque peccato doceant, eo casu, inquam, probabiliorē tenendam esse asserunt, apud VVendrockium, dicta sect. 4. §. 1. Sed si hanc partem fallam esse contingat, uti reverà falsa esse potest, an forte illum ignorantia eximet culpa, minime verò, juxta illorum principia, quia nulla ignorantia, etiam invincibilis juris naturalis peccato eximit; hoc enim mordicus tenent, igitur neque in hoc major probabilitas usui esse potest: sed, inquires, ignorantia invincibilis juris positivi à culpa liberat; at si hæc, cur non pariter illa? tam enim tenemus, hæc scire, quàm illa; deinde etiam in hoc casu, cum dubio operatur, cum sciat, se falsiposse, sed cum dubio operari, maxime juxta illos, peccatum est; quod si dicant, certum esse, illi non peccare, qui opinionem probabiliorē in simili casu sequuntur; eodem jure dicam, certum esse, illum non peccare, qui opinionem verè ac certò probabilem ad usum reducit, quamvis æquè, aut minùs probabilem; quo enim jure ad meliùs, vel ad probabilius teneor? sed de his fuscè aliàs contra Augustinum de Angelis; constat igitur, omnem probabilitatem ab us in re morali è medio tolli, ac proinde contra illos, ea me scripsisse, quæ adversum te & tuos scripta fuisse commemoros; qui tamen, ut ais, probabilitates omnes ita non prefigant, quin etiam dubia ad usum revocanda esse doceant; videlicet, cum duo disparia mala imminet, scilicet culpæ; nec gravius amoveri potest, nisi dubia ac minùs probabili adheareas sententia, quæ tunc sit certissima: agnoscis tua verba, excerpta ex disputat. 1. sect. 2. Artic. 2. §. 1. at si certissima; igitur nec dubia, nec minùs probabilis; vide quæso, an hæc sint repugnantia; nec est, quod ad judicium prædictum certum referas, quod certè aliud est, à sententia probabilis, cum hæc sit tantum probabilis; illud verò certum; deinde si certum est, opinioni minùs probabili adherendum esse, ut gravitas malum fugiatur, & minùs grave admittatur; cur certum non erit, eidem adherere, si per illius usum, nullum malum, aut peccatum, seu grave, seu leve committitur: quod autem de judicio illo prædicto minime loquaris, ex tuis verbis manifestum est. dubia, inquis; & minùs probabili sententia, quæ tunc sit certissima: illud relativum quæ, ad sententiam dubiam, tanquam ad suum correctivum refertur, eadem igitur dubia & certissima; quæ est manifesta repugnantia; nec est, quod dicas ex dubia fieri certam, imò certissimam, eadem

desselet: absque novo motivo; si enim novum
motum est, eadem sententia non est; quia mo-
tus actus ad illius substantiam pertinet, etiam
motus eodem materiali, ut vocant; eadem igitur
est, & non eadem; sed quæ te, rem in exem-
plo probemus; sit ager aliquis tertiana labo-
ris, & quartana, sique exempli gratia (in exem-
plo non requiritur veritas) sit, inquam, du-
rum opinio eidem propolita, circa divinum Offi-
cium extendendum; prima sit hæc, *teneor recitare di-
vinum Officium*, diei febre libero, lege Ecclesia-
sticæ; altera verò hæc, *teneor non recitare*, die li-
bero, periculum morbi, lege propriæ charitat'is,
utroque probabilis, hanc per te sequi tene-
or, ad fugiendum gravius malum, nimirum pecca-
tum contra jus divinum, quod certe gravius est, pec-
catum contra jus Ecclesiasticum, jam verò, est, quod
probatum, quomodo hæc, *teneor non recitare*, sit
certius, quam illa *teneor recitare*, & tamen
certius probabilis, quam illa *teneor recitare*, & tamen
certius, imò certissima; ac proinde hæc *teneor reci-
tare*, jam probabilior, sed omnino improbabilis,
falsissima exadat, falsissima enim certissima oppo-
nitur, quod mirer, hæc repugnantia à te palam
dubium, & non videtur; exclamas tamen, *Hæc ne dicam*,
quia *Hæc non atque*, & *Stubrockius doctissimi Theolo-
giæ æque quidem & pleberrimi ignorare possunt*; laudem
vero doctissimi Theologi mihi non argeo; num-
quam enim Theologiam ex professo, ut ajuat, do-
ctus dediti fortè & fatuus esse crediderim, bene didi-
ci quæ malè docuisti; Augustinus, opinor, Da-
videm Nazarianum, Hieron. Bernard. & alii quam plu-
rimos in Scholis Theologiam docuerunt;
non miror igitur laudem illam, tibi serva, & magi-
stris, me tamen & Stubrockium quopiam è
rustico stupidiore reputas, Deo gratias, igno-
scere hæc ignorem, ut ais, non tamen ignoro, te
equantia loqui, si enim doctissimi Theologi su-
per quomodo hæc non rusticalia, sed Theologica
proponunt, eaque adeo trita & facilia, ut rusticorum
quæ minime sapient?

Quod verò subnectis ibidem de Theologis,
non disputandi artibus gravissimam Theologiam
non videri, eamque jam diu in visam malis, bo-
nam suspectam faciem, non mihi parum suspen-
sum, non suggero illorum nomina, quos in hoc
casu, quid Lutherus, Calvinus, Novatores omnes
per se disceptantem illa Theologiam, quam
Theologiam vocant, dixerint & scripserint, non tibi
opino, idque pro domo sua, nempe odio Theo-
logorum, quæ quibus dogmata fidei susti-
nent, refutantur errores, hæreses proligantur, uti-
que faciliè errantes & hæretici, igitur, quod
Theologia sit Theologia, mirum esse non debet, malis
causis in visum est, alioquin mali non essent,
tamen, imò pessime bonis suspectam esse asse-
rent, quælo perperam dictum, alioquin erit, qui
tibi non placere, quia tibi ac ruis doctrinis non
placet, tibi exotam esse, quia fortè ab ea damnari ti-
met, de his paulò post, ut sit dictum illud mihi
non placet, nec cupiam, opinor, qui rem intelligat, is
Theologia suspectus est, cui Theologia suspen-
sus pergit ibidem.

Probabilitatem, inquis, tum nobis tantum displi-
cet, cum illi inest periculum, ne nos in peccatum impel-
lat, do manus, idem prorsus & nos, nullam enim
probabilitatem admittimus, cui periculum inest, quia
vero dumtaxat probabilem ad usum licitæ esse, te-
nemus, imò potius demonstramus, sed, inquis, peri-
culum inest, si minus tuta, quamvis alioqui probabi-

lior eligatur; satis profectò est, modò tuta eligatur;
nec opinor, inficias ibis; tuta enim peccati pericu-
lum arceat; at tuta est opinio, id est, securus illius usus,
si certum est, esse probabilem, ut apodicticè demon-
stravimus; sed inquires, quæ faver libertati postponi
debet alteri, quæ stat pro lege; hæc jam discussimus,
contra August. de Angelis; nulla enim opinio verè ac
certò probabilis, stat, contra legem; sed æquè stat
pro lege, atque, opposita; hoc autem eadem facilitate
negatur, quæ sine ulla probatione adstruitur: dicis,
verbi causa, hunc contractum, esse usurarium, ego ve-
rò nego, usurarium esse; habes tuas rationes; ego
quoque meas, easque utrimque graves; unde constat,
utramque opinionem verè ac certò probabilem esse;
certum est igitur, utrumque sua prudenter uti posse;
igitur absque ullo peccandi periculo, ego mea, tu ve-
rò tua; per legem, contractum illum prohiberi opina-
ris, idque verè probabiliter, & gravi fretus motivo;
ego quoque verè probabiliter opinor, gravi, scilicet
motivo ductus contractum illum lege non compre-
hendi; cur ergo æquè mihi non liceat, opinione mea
uti? at si verè hic contractus lege comprehenditur legem
violat; in hoc luculenter hallucinaris; nulla e-
nim lex dubia obligat, nulla incerta causa certum ef-
fectum postulat; fieri igitur non potest, ut lex contra-
ctum illum certò comprehendat, imò si certò com-
prehenderet, illa sententia non jam probabilis, at cer-
ta esset, quæ contractum illum lege comprehendit, &
illa improbabilis, quæ non comprehendit: igitur eo
ipso, quod probabiliter tantum legem esse dicis, & e-
go probabiliter non esse, dico, nimirum ad hunc ca-
sum, ad hunc effectum extensam, lex dubia est; ac pro-
inde certò obligare non potest, at si certò non obligat,
non obligat, nimirum ad certum officium, quod ab
incerta causa pendere nequit: mea sententia, inquis,
vera esse potest, certò vera, nego, sed tantum proba-
biliter: at si Ecclesia declaret, ad hunc contractum legem
extendi, tunc certa lex erit, quæ ante dubia erat;
mutata igitur hujus declarationis quali appendice
accessione, quod verò dicis, hanc, vel illam opinio-
nem favere libertati, frivolum est, & ambiguum: cum
tam liber sum, ad unam, quam ad aliam; unde ut tolla-
tur ambiguitas, dicendum potius est, alteram opinio-
nem esse, quod lex sit, nimirum quod ad talem casum
extendatur, alteram verò, quod non sit, seu quod non
extendatur: cui porro nostrum probare incumbit, an
tibi, quod sit, an mihi, quod non sit, tibi haud dubiè,
qui novum onus mihi imponis, quidquid positivè, ut
ajunt, adstruitur, ab eo, qui adstruit, probari debet:
partes enim actoris agis, ego Rei; actori porro pro-
banda sunt ea, quæ reo imponit.

7. Usus denique omnium probabilitatum con-
cedis, quæ in certitudine moralem desinunt, quo,
inquis, duplici via itur, altera juxta Merendam, ad
majus malum ex duobus impendentibus avertendum
tunc enim dubia certa sunt & indubitata, altera verò
juxta D. Fagnanum, quæ scilicet plura seorsum proba-
bilia, in certum quid conjunctim coalescunt; sed pro-
fectò neutrum ad rem facit, non primum quod jam
suprà explosimus, & de quo in secundo congressu,
à nobis, quantum satis, actum est, si quis enim ad
majus malum in dicto casu fugiendum teneri se pu-
tat, aut etiam dubitat, haud dubiè teneretur ad oppo-
situm, si hoc sit probabile, sive improbabile, sive
dubium; & hoc non jam opinione tenendum, at cer-
tum prorsus & indubitatum; quid ergo ad opinio-
nem probabilem? secundum verò, quod ad forum
conscientiæ dare non possum; nam rectè quidem
Judei ex multis adminiculis, conjunctim considera-

tis, certam moraliter præsumptionem ducit, quam ex singulis seorsim non duceret; & licet ex his conjunctim etiam acceptis, nunquam deduci possit, rem ita certò se habere, ex his tamen rectè deducitur, quòd ad forum judiciale, quòd ex præsumptionibus res dumtaxat judicatur, certò præsumi, seu præsumendum esse, ita se habere; & ut rem hanc paulo enucleatius, breviter tamen exponam, suo illam loco fusiùs declaraturus, haud dubiè non vis, ex multis opinionibus probabilibus certam quampiam sententiam constari, quòd ineptum dictu est; sed ex multis rationibus probabilibus, quarum singula seorsim probabilitatem opinioni conciliarent, eidem moralem certitudinem conciliari; hoc posito, demus, utramque partem verè ac certò probabilem esse; alteram tamen probabiliorè, quinque aut sex rationibus, ac totidem auctoribus munitam; alteram verò minùs probabilem, tribus, aut quatuor rationibus, usque gravibus, & totidem auctoribus instructam; haud dubiè, vel utraque certa est, quòd dici nequit, cum duæ oppositæ certæ simul esse non possint, alioquin simul essent veræ, quòd omnino repugnat; vel altera certa, & altera probabilis; quòd dici nequit: quia si probabilis est, vera esse potest: altera igitur falsa esse potest: at si certa supponitur, falsa esse nequit; vel altera certa, & altera improbabilis, quòd repugnat hypothèsi, quia utraque probabilis supponitur; nimirum probabilior, & minùs probabilis, quòd enim minùs probabilis cum probabiliorè comparata fiat improbabilis, futile & plusquam anile commentum est, quòd in superioribus congressibus efficaciter diluimus; deinde cum illa, quæ statuitur minùs probabilis gravi rationum momento nitatur, probabilem esse, necesse est, per quamcumque definitionem opinionis probabilis; igitur utramque probabilem esse, necesse quoque est; alteram quidem, ut quinque, aut sex, alteram verò ut tria, aut quatuor; probabilitas enim suscipit majus & minus; quemadmodum album ut quatuor comparatum cum albo ut quinque, non desinit esse album; quamvis minùs album sit; idem dico de calido, lucido, gravi, docto, prudente, & reliquis omnibus, quæ magis & minùs recipiunt, ita prorsus probabile, ut quatuor, comparatum cum probabili, ut quinque non desinit esse probabile; statuamus enim æqualem utrimque probabilitatis gradum, v.g. ut quatuor, accedat unus gradus alteri, & ita sit probabilis ut quinque, remanet certè probabilis; quia probabilitatis gradus additus alteri facit tantum magis probabilem, nec mutatur actus substantia, sed gradus; hinc licet certa præsumptio fundetur in multis probabilibus argumentis, nunquam tamen certa veritas; & hoc, ni fallor, hujus commenti auctorem, cui tu etiam quo fine, Deus scit, adhaesisti, in errorem induxit: neque in hoc ulla prorsus difficultas restat: nec tu ipse inficias ibis, si rerum istarum, dicam amplius, si terminorum, ut vocant, peritis sis, qualem haud dubiè te reputo; non erat igitur, quòd quasi triumphali complexione nobis insultares; *Desinant ergo, inquis, p. 17. Rhetorici Fabri, Struboch, & alii, & nos quasi generis humani & religionis, id est, probabilitatum, hostes traducere: quis unquam talia de te? nisi forte novatoribus ante appellatis accesseris; quòd tamen non dico tu ipse videris, & viderint alii, ad quos spectat; locus ex meo Dialogo excerptus, nihil habet hujusmodi; cur igitur auxisti per calumniam? profer quæso alium locum, in quo dixerim probabilitatum hostes, religionis ac generis humani hostes etiam censendos; eadem por-*

ro fide in omnibus; quòd certè nullus probabilista, laxior etiam Caramuele deglutiat; sed ut amice tecum agam, si dictis hominibus accesseris, illa omnia mihi rata & fixa, & pro dictis à me habentur, nempe illos Religionis ac generis humani hostes, imò & pestes, & aliquid ultra appellare non dubito: Religionis certè, quam suis erroribus, cavillis, mille modis & factionibus depravare ac perturbare non cessant; totius item generis hominum, quorum maximam partem communis redemptionis beneficio privatam fuisse asserunt, nolunt enim Christum pro omnibus mortuum esse, aut sanguinem fudisse, quòd tamen ut blasphemum, impium & hæreticum Ecclesia damnavit: ceterum illud *Rhetoricari*, verbum sanè castigatè Latinitatis, in me non quadrat; tracto interdum Theologica, Philosophica, Moralia, Geometrica, Polemica, & alia id genus gravioris operæ ac disciplinæ argumenta; Flores Rhetoricos & nitorem styli, nec colligo, nec colo; tu fortè Spartam illam adornas, saltem emissarii tui, vel hoc nomine dictionem tuam summis laudibus effertur, gratulor, quamquam multa obscuritas, & non modica barbaries, aliquid navè orationi tuæ passum offundit.

8. Probabilitates denique admittis, sed probabilitatum abusum averfari; rectè, nos quoque penitus averfamur, non faciat tamen abusus, ut verè ac certè probabilitatis usus unquam tollatur; alioquin cum etiam in Sacramentorum usu, aliqui sint abusus, imò & in administratione Reip. Sacramenta ipsa & totius Reip. administratio eodem jure tollenda essent, quòd ne vel Morio quidem dixerit; quisnam porro ille abusus est, quem ex animo averfari? cum vel minùs, vel aequè, aut etiam magis probabilis, inquis, anteponiatur; de hoc tecum infra: Præcipuus enim est nostræ hujus dissertationis finis; si enim opinio certè & verè probabilis est, qualem dumtaxat admittor; non sanè abusus, sed prudens usus est, ut à me luculenter demonstratum fuit, & infra iterum inculcabo; sic enim dubiam certæ ac tutæ non anteponimus, sed omnino certam & tutam, imò formaliter aequè tutam, cum tutior formaliter alia tuta esse non possit; tutum enim in individuo, vel indivisibili situm est, ut constat ex dictis; tutam autem illam intelligis, quæ favet officio, quòd quisque implere debet, quale est Medici, Judicis, &c. itane verò? & hanc partem minùs probabilem esse, dicis; quòd scilicet, v.g. Medicus creperum medicamentum adhibere non possit, quando certum suppetit, nec Index juri minùs probabili favere; nec minister Sacramenti materia dubia uti, quando certam habet, &c. itane, inquam, laxissimis Probabilistis ad stipularis, qui vix ex laxitates suas promoverunt; quòd ad me spectat, hujusmodi opiniones, nimirum his faventes officii, ut vocas, non modò probabiles, verum etiam certas esse, contendò; oppositas verò, quas tu probabiles esse dicis, improbabiles reputo; unde non est, quòd hujusmodi abusum à nobis timeas; & verò apertam & opportunam laxitatem ansam præbes; cum enim tutam esse dicas, Medicum à dubio medicamine abstinere, cum certum suppetit, quamvis oppositam probabiliorè esse concedas, tui certè, ut Gonetius, Augustinus de Angelis, & alii, quidocent, tuto quemlibet sequi posse probabiliorè, imò & D. Fagnanus & Mercotus, qui probabiliorè certam esse volunt, vel ex hoc, juxta sua principia, quamvis aliquin falsa, rectè concludent, creperum medicamentum à Medico adhiberi posse, cum ex te, hæc opinio sit probabilior.

Sed contrahio vela: si enim omnia, quae perpetua refecti sunt, & in hunc non sanè magnam modum projecta, refellenda suscipierem, praedicem quod jam actum agerem, integra fere Bibliotheca mihi scribenda esset: non mentior, & citra aliam dico, ita me Deus amet, multa iustis molis volumina de te nō scribere possem, nimirum si omnia tua refellenda suscipierem; sed ut quid perditionis tua refellenda suscipiam; omitto enim illa, quae pauca dumtaxat eligam; omitto enim illa, quae in Caramuellem scripsisti; quae moderate, & temperantia, in Episcopum, & Christum Domini; quia defensore non indiget vir alioquin doctissimus & ingeniosissimus, cui revera si te, Vincenti Baro; ne sanè Pygmaeum ad Herculeum, tanto etiam, quae adversus Guimenium, Tamburinum, Ferrerium, ac Stephanum Dechamps; impariter congressus Achilli, necnon praestantissimis illis scriptoribus: sed curis? causam reticeo; postremo heretici Janenii penitus prostravit, eumque illo suo palmarum argumento manifesti plagii convictum, toti orbi Christiano ridendum exposuit; Ferrerius item suas egit partes in hoc genere, idque hinc inde; da gloriam Deo Vincenti, illud concoquendum potuisti, quam obrem verò? Deus scit, sed de hoc decalogo apertius. Guimenius iustis defensionibus parca adversus unum ex tuis pauca illa congesta, quae quia nihil ex propria sententia, ut ipse differatur. Tamburinum hoc certe nomine aggressus, ut inde fugillandi Theophilum aniam & oculum captares; omitto igitur, quae adversus quatuordecim intemperantius scripsisti, opera nostra non arguit, quae ac sua à tuis insultibus strenuè vindicant; illorum autem aliquot lucubrationes, hisce, cum sint in eadem causa, attexui; omitto etiam ea pauca, quae in anonymum scripsisti, nimirum Wendrockium, aut alium Wendrockianum; eumque inter suos facile Principem, cuius certe defensionem non suscipio; quamvis defendere facile possem, & à tua impugnare vindicare; adeo miserè & ignavo Marte hominem impugnasti; fuit, qui umbratilem, non seriam argutionem esse crediderit; praesertim cum ille hominem impense laudes, acerrimum, & acutissimum vocis, cuius, inquis, pag. 107, cum Theophrasto Rainaldo, de ingenio & eruditione, comparari queat; & qui cum Theophilo, si duellum esset, minime detraxerit, etiam si eorum genere & numero res esset metienda: tunc tua verba, in quibus veritatem & iudicium, illam quidem eum Wendrockius unum, vel secundo in octavo, ut ajunt, codicem ediderit, eumque, majori ex parte tum ex Montalio, tum ex aliis scriptoribus; Theophilus verò unde viginti iustis modis in suis, ut vocamus, volumina omni profecto ratione refertissima: Fuit enim Theophilus, vel, paulo, hoc saeculo, eruditorum facile Princeps, ea doctrina & pietate, quae illum omnibus fere hujus temporis Mecenatibus & viris eruditissimis, gratissimam, dixi quasi, admirabilem reddidit: etiam amen Wendrockio aequiparare non dubitas, illiorem scilicet Religiosum, Catholicum, Scriptorem gloria, & copia celeberrimum; tenebrioni capum, qui tantulum certe coacta latinitatis & suavis stili; non nihil eruditionis sacra, sed passim deperat & adulterata; nihil tamen solida Theologia, aut sana disciplina praefert; longè potiore iure, tam ple fati appositè Wendrockio aequiparari posset, idem fere utriusque stylus, quamquam meo iudicio Wendrockianus paulo limatior esse

videatur; idem scribendi modus, eadem causa, idem finis, idem in Jesuitas animus, idem fere de Pontificis decretis hujus temporis iudicium: Itaque, ut tandem te compellere desinam, defensionem dumtaxat meam & Stubrockii suscipio, cum utrumque fere semper unà simul impugnes: non omitam tamen, praecipua tuae doctrinae capita impugnare & expugnare: iis praesertim quae ad hominem vocant argumentis, de Suare, Bellarmino, & nonnullis fortè aliis, quos parum humaniter, ut mihi visum loquar, excipisti, non nihil addam; pro Theophilo nihil, quem tot & tanta volumina recens edita laudant abundè, atque defendunt; ingenium pudeat hominem, leoni mortuo insultare, cuius vel umbram, si adhuc viveret, atque vigeret, fortè timeres; aliquid fortè acius contra vos scriperat; demus hoc, ut enim acerbum illum scribendi modum non probo, hac de re, tecum disceptandum esse non puto; sed an propterea omnis humanitatis species deponenda fuit? uti revera illam exuisse visus es; nō jam in his duobus opusculis, sed in quatuor aliis codicibus, quorum primum, fraude ac dolo prius editum atque damnatum, in tres alios congesti: nihil aliud in gratiam Theophili, facturus sum, nisi quod ex omnibus convitiis, quae stylo parum religioso, huic viro aspersisti, novum onomasticon maledictoriae compilabo, illudque lectorum oculis ac censurae subiciam; haec enim exposuisse, confutasse est; tuos etiam errores, qui passim occurrent fideliter, ut jam dixi, adnotabo; notabo etiam paralogismos, praefationem tuam ante omnia executio: Et quia auctorem apologiae Theologorum moralium abs re omnino in altera parte fugillasti, & impugnare conatus es, novum opusculum in hanc rem tibi opponam, & reliquis apologeticis adjungam, responsum scilicet ad anonymum, qui eadem fere nostris auctoribus affixerat; sed haec fufius fortè praefatus, ad te venio, Phanophile.

10. ANTIM. Legisti, opinor, carum mihi caput, Theologiam moralem Vincentii Baronis, hostis nimirum Probabilitatum, ac praesertim nostrae sententiae infensissimi; sed dic age, quod rei caput est, quo amabo fructu?

11. ΠΙΘΑΝΟΦ. Non mediocri sanè: nam inde ille sententiam tuam magnopere confirmare mihi visus est, unde illam praecipue infirmare & labefactare moliebatur; en tibi librum, partem scilicet primam Theologiae moralis, quid quæso de hoc titulo? Theologia moralis, inquit, certè in reliquum operis & libri corpus minime quadrat, & hic habemus dumtaxat titulum, sine re; ubi enim primum in primam frontem oculos conjeci, ac legi, Theologia moralis, nihil aliud in mentem mihi cadere potuit, nisi quod omnes & singulas amplissimae hujus disciplinae partes, multiplicatis voluminibus, molis ad usum commodioris, more Gallico, hic auctor complecteretur; hic ergo varios illos tractatus, de conscientia & legibus, de Decalogo, de Sacramentis, & Censuris, de Religione, de Peccatis, de Virtutibus & Virtutibus, de Contractibus, aliaque hujusmodi, quae apud alios auctores multa volumina, eaque grandia occupant, me natum esse putabam; quid enim aliud sub eo titulo Theologia moralis?

12. ANTIM. Nunquid ex eodem videre poteris, D. Fagnani defensionem ab eo susceptam fuisse; ac proinde polemicum potius, quam didascalicum, vel apodicticum Opus censendum.

13. ΠΙΘΑΝΟΦ. Facile credideram, defensionem seu causam illam ab eo fuisse susceptam, sed accessio-

nisi instar, vel appendicis; nec enim mera D. Fagnani defensio Theologia moralis jure dicitur; quamvis alioquin res illa, seu controversia, in quibus defenditur, ad moralem Theologiam pertineant; illud porro primam illam cogitationem mihi magis inculcavit, quod in eodem titulo, veram Doctoris Angelici mentem, de qualibet remoralis explicatam, & defensam, nimirum in duobus illis tomulis discretè pollicetur: quantum verò, mihi crede, obstupuerim, ubi librum volui atque revolvī, tibi cogitandum relinquo; vix meis credebam oculis; huc illuc raptim, & sollicitus volitantes chartas, non sine strepitu agebam, ut Theologiam illam in aliquo saltem angulo invenirem, sed quid tandem? erubui, ut dicam, quod res est, & pudor ab eo profuturus mihi accessit; nihil enim aliud nisi satyras & convitia, falsitates & calumnias, in Carmuēlem, quem iis omnibus diceris & probris honestavit, quæ in Hæreticum, vel Atheum fortè quadrarent, in suam, quem ex eo famæ, honoris, & celebritatis gradu depicere, frustra licet, conatus est, in quo illum mirabilis doctrinæ vis & copia cum singulari religiosæ vitæ sanctimonia conjuncta, applaudente orbe literario universo, merito collocavit. In Theophilum, in quem tot convitiatorum plausura, illum quippe tanquam Monstrum horrendum, ingens, traducere voluit, in miserum Tamburinum, quam divinæ & humanæ, sacræ & profanæ majestatis Reum facit, quasi Decalogum, per inauditum sacrilegium, è medio sustulerit, & falsas Inquisitorum Italiæ tabulas sacrilegè fictas, ad commendationem operis sui apposuerit; quid non in Guimenium? tibi etiam Antime, & Stubrockio familiari tuo, & multis aliis non peperit; unum Wendrockium famosum satis hominem, quamvis exterum, & Salisburgen sem Theologum, quo vix petulantior alter, non sine multæ commendationis elogio, refutare visus est; visus est, inquam nam reverà non refutavit, sed in ejus sententiam de ignorantia invincibilis profusus inclinare videtur. Sed ne in fronte tantum hæreamus, inspiciamus, qui intus latent, & ante omnia prolixam illam præfationem discutiamus, in qua, ut ex te audisse memini, multa castigando occurrunt.

14. ANTIM. Tam multa sanè, ut vix omnia discutere vacet, præcipua seligo: 1. & 2. pagina dicit, doctrinam quam Christus Ecclesiæ reliquit puritatem corrumpi, ab ipsis Ecclesiæ domesticis, (Theologos intelligit) qui venenum, per errorem licet, generi humano, quasi salutis remedium propinant, dum opiniones, aut aperte falsas, aut saltem incertas, quasi divinæ fidei dogmata proponunt; illos autem, pag. 3. à fraude ejus confecti non sunt, non tamen à culpa liberat, nihil ausim statuere, inquit, penes Deum sit iudicium.

15. PITHANOPH. Batavum illum audire mihi videor, qui præcipuum illud errorum suorum fundamentum jecit, errores contra fidem ab Ecclesiâ hujus temporis, in præcipuis suis membris & Doctoribus, majoris mali vitandi gratia, tolerari.

16. ANTIM. Error est minimè tolerandus, quem si profectò notare debuerant, quibus hic liber datus fuerat recognoscendus; subnectam prolixam Epistolam ad unum ex illis à me scriptam, in qua, rem totam ob oculos ponam: præterquam quod, illud non parum iis injurium est, qui rem divinæ fidei fidelibus populis administrant; quasi eo munere à Christo sibi credito, tanta oscitantia defungantur, ut publicos errores in suis Doctoribus, & falsa dogmata publicata, eorum licet confecti, tamdiu tolerant;

hoc certè Lemanum oler: & verò fidelibus atque adeò toti Ecclesiæ malè consultum esset, si publici errores in ea, & ab ea, tolerarentur: addit, illos nullius fraudis esse confectos, non tamen à culpa esse immunes à se statui posse, primum illud per apertam ironiam, ut ex iis, quæ passim habet, manifestum est; si enim animo bono, & nulla mediata fraude gesserunt sese, cur amabò tot convitiis, & probris, & tam multiplici exprobratione illos passim prosequitur; alterum verò profusus evincit, illum in id propendere, ut ignorantia invincibilis culpæ non eximar, de quo statim eadem pag. & proxime seq. subdit; multos ex antiquis Theologis, imò & Sanctorum Patrum esse, qui sentiant, ignorantiam invincibilem juris naturalis in peccatum imputari; quod certè si verum sit, uti reverà magis certum, quam dubium sibi esse fateatur, de Probabilistarum salute, inquit, omnino actum est; huic aliæ & in certo eventu sese committere dubitat; quid enim prodest, &c.

17. PITHANOPH. Nontantum hoc loco nullam ignorantiam invincibilem juris naturalis peccato eximere assentit, quod certè præcipuum est recentis erroris fundamentum; sed passim alibi toto libro, ac præsertim disp. 2. sect. 1. art. 6. & 1. 4. §. 2. item sect. 5. a. 3. 1. 2. 3. & alibi, imò hanc sententiam Wendrockii, & Anonymi, qui tamen idem est cum Wendrockio, Mercoro affingit licet aliam Mercorus inter disputandum, ut ex communibus principiis agat cum adversariis, adhibuerit, non tamen ut suam; accedit, quod Stubrockio & tibi, nec non Caramueli graviter exprobrat, quod hanc sententiam ut erroneam traducant; & satius fore, disertè assentit, si Wendrockii & Janisenii argumenta solverent: illam denique liberat ab omni nota, & notoribus liberam permittit, & ab omni scilicet nota immutem; & hæc passim, quamquam ex industria, sub iis verborum involutis, ut referre pedem semper in promptu sit: quo spectet, satis perspicio; sed profectò jam tergiversari non licet; necessitas eximit culpæ; nullus enim peccat in eo, quod vitare non potest, & hoc ad fidem expressam pertinet, post damnatam ab Ecclesiâ tertiam propositionem; nec agitur hoc loco, utrum in hoc, vel illo casu, juris naturalis deur ignorantia invincibilis, quod partium disputationi relinquitur; sed rato, quod sit, si ve earò, si ve plerumque accidat, queritur, an eximat culpæ; novatores negant, cum multis Patribus, inquit, Baro ad stipulatur; nos verò SS. Patres ab illa calumnia vindicamus, ac dicimus, de ignorantia invincibili locutus illos fuisse, quæ culpæ non eximit; aut de invincibili spectatis dumtaxat naturæ viribus, quæ imputatur ad culpam: hoc enim SS. Patribus debemus, ut non admittamus, ac demus ultro quidquid ab Heterodoxis hominibus perperam iis assignatur; sed explicemus potiùs illorum mentem & dicta in bono sensu ac lumine collocemus: hæc sunt scriptoris Catholici ac prudentis partes, quas in Barone desideramus.

18. ANTIM. Abs re profectò Stubrockium carpit, quod illam sententiam de ignorantia invincibili, ut erroneam notarit, & argumenta, quibus illam Wendrockius adstruxerat, non diluit; Stubrockius sanè grandes controversiarum Tomos, in quibus illius objectiones, in hac materia refelleret, scribendos non susceperat, nec scilicet jam actum ageret, cum multi alii hoc munere peregre defuncti essent, Annatus scilicet, Martinonius, Stephanus Dechamps, & alii; sed illum Scriptorem, qui contra homines

nandilicentiam in Theoricis indulgentiam esse iis, qui pro ardenti affectu in res divinas abripiuntur, sed quid si prius ille affectus desit? an forte licentiam illam esse dicet? an verò etiam tolerandam? si primum, haud dubie plus ille affectus malum non sanari, quia cum aliqua dubitatione semper conjunctus est: nempe si res illa certa sit, frustra indulgentiam accersit; si verò alterum, ad quid pium illum affectum commemorat? unde constat, quàm solidè Baro ratiocinetur.

22. ANTIM. Quid solidum in Barone quæris? in quo mera verba tantum, & non nihil Latinitatis, quamvis alioquin maxima & incredibili convitiolum vi fœdata; sed longè peiora sequuntur à pag. 6. ad 11. Theologos huius temporis, Soncinianis omnium Hæreticorum pessimis, non modò romparat, veram etiam longè iis deteriores esse definit, imò perditos illos Lutheri nepotes, & Calvinii filios, ut vocat, Doctoribus Catholicis ad mirandum proponere non dubitat, quò ad mores; sed obiter crasum Baronis errorem adnoto, dignum certe graviore nota, & virga censoria: dicit enim pag. 3. hæreticos illos, alioquin periculissimos, in hoc improbandos non esse, quod illis antiquior sit vita innocentia, quàm veritatis indagatio & æstus voluntatem censent præceptis, quàm mentem mysteriorum fidei obsequio alligandam; quasi verò, fides non sit basis & fundamentum totius religionis & Christianæ vitæ, & spectandam substantiam rerum? hæc, ut mitissimè loquar, in quolibet auctore suspecta essent; sed in hoc homine, multiplici alioquin fœderis suspecto, plusquam suspecta; accedit, quod plausibile satis Soncinianum argumentum non sine plausu, ac electis verbis eleganter exponit; ad illud tamen diluendum, ne verbum quidem.

23. PITHANORH. Sine bile legere non potui, ab auctore isto, Catholicos ad Soncinianorum scholam anstandari, ut ab iis discant, quare reverentiam illam Evangelii partem, quæ præcepta continet, prosequi debeant; & ut Theologorum benevolentiam captes, nostros Theologos appellare non dubitat: *Arbitrarios divina legis interpretes & peremptores*. O præclaros morum Magistros Soncinianos, si huic Baroni credimus; qui cum aliquo morum Magistro indigeat, à quo saltem discat urbanitatem, ut urbanissimè loquar, uti debet eo consilio, quod nobis suggerit, qui non indigemus; nempe ille loquitur & scribit pro arbitrio, nulla moderationis, nulla veritatis habita ratione; cum tamen nos divinam legem pro arbitrio minimè interpretemur.

24. ANTIM. Habemus, Dei gratia, non prius ignobilem divinæ legis interpretum manipulum, puta Salmeronem, Maldonatum, Lorinum, Corneliolum, Sanctium, Pinedam, Peterium, Serrarium, Bellarminum, Justinianum, Tirinum, Menochium, Salazarium, Mendozam, Joannem Columbi, & alios, qui certè, non pro arbitrio & opinandi libidine, quod Cajetano nonnulli vitio verterunt, sed juxta mentem Patrum doctos & grandes Commentarios in Sacrum Textum, non sine aliquo fructu & plausu, velint, noli bonus iste Baro, in lucem ediderunt. Ferri demum non potest, quod dicit pag. 10. *eiusdem præfationis*, defensionem à bono animo & studio religionis, & animarum salutis promovendæ, repetitam Soncinianis non defuturam; & hic fuse agit illorum causam re ipsa, quæ, inquit à veri specie magis abhorrere non videtur, quàm illa, quæ se Casuista recentiores tutantur. Quid porro hi dicunt, non jam recentiores, sed omnes prius, exceptis

exceptis quatuor, aut quinque recentioribus: jugum illud fidelibus imponendum non esse, de quo non constat, à Deo, vel ab Ecclesia fuisse impositum; quis enim iustus Iudex in reum aliter sententiam ferat? hinc, ut jam saepe diximus, lex dubia non obligat, ut rectè Suarez, in *superioribus Dialogis*, quo ad hoc laudatus; & dum hanc sententiam sequor, vel illa utor, quispiam sequitur, vel utitur, certum est, nec me, nec illum peccare, nisi fortè in hoc, per errorem, peccatum inesse dubitem: nempe, ut toties dixi, iudicium illud practicum certum est; quis amabo rationis campos, causam & rationem istam rationabilem esse inficietur; alioquin multiplicantur peccata, salutis via difficilior redditur, fideles deterrentur, &c. quis neget, hæc exiis sequi; quamnam vero est Socinianorum causa? si cuique pro arbitrio fides permittatur, & supprimantur ea, quæ de Trinitate, Incarnatione, Eucharistia, aliaque huiusmodi Catholicis, quantumvis incredibilia credenda traduntur, facilis erit Mahumetanorum, Ethnicorum, aliorumque sectarum reductio; quasi verò certum non sit, ad ea credenda quemlibet teneri, neque hoc Baro negare ausit; at nullus Theologus Catholicus negat, illud jugum, quo ad mores, fidelibus imponendum esse, quod certum est, à Deo, vel Ecclesia fuisse impositum; unde, ut vides, eadem causa non est; imò si aliquid proponas, quod credendum esse, certum non sit, id est, jugum fidei, quo ad illud certò non constet, fuisse impositum, concedo ultro, fideles ad illud credendum minimè teneri.

25. PITHANOPH. Inde quoque argumentum ducitur non contemnendum, quod nescio, an Baro solvendo sit; si enim non teneor, illud credere, quod certò non constat, revelatum à Deo fuisse, & ab Ecclesia propositum: non teneor etiam, illam legem servare, quam non constat à Deo, vel Ecclesia latam fuisse; & ut certò iudico, me non peccare, quando illud primum non credo; ita certò iudico, me non peccare, quando secundum istud non facio; solvat hoc Baro, & erit mihi magnus Apollo, & magnus Baronius: nescit porro, quid dicat, dum nostras opiniones falsas, periculosas, vel ad minus incertas appellat; cuncta hæc eadem facilitate respondentur, qua opponuntur; nulla propositio certo probabilis periculosa est; falsa esse potest, non tamen falsam esse, certum est; incerta est, & dubia, id est, cum fomidine conjuncta; illius tamen ulus certus, tutus & periculi expertus, nec ullus unquam Theologus opinionem, etiam certò probabilem, pro indubitata & certa habuit, ex nostris scilicet: nam ex adversariis nonnulli, quibus Baro non refragatur, probabiliorum, certam esse dicunt; quod supra, ut commentum repugnans, distillavimus; nullus tamen, uno vel altero dempto, quos inter classicos non numero, negat, iudicium practicum de licito usu opinionis certò probabilis, certum & indubitatum esse: nullus demum opiniones probabiles inter articulos fidei reposuit, ita ut ad illas Romani Pontifices, ut ad certam regulam, decreta & sanctiones exigant, quod per calumniam Baro, more suo, nobis aspingit; nec saltem ut puto, illos qui contra reclamant, hæresis suspectos, seu compertos pronuntiamus; quid tibi videretur super hoc Antime?

26. ANTIM. Scio, quò spectet Vincentius Baro; Novatores cum multis aliis, publico vel occulto fœdere sibi sociatis, incredibilem scriptorum & librorum vim contra miseros Casuistas scripserunt & publicaverunt; scienti loquor, quapropter libros non

censo; unus sit instar omnium Wendrockius; unde non mirum est, si erroris illum Stubrockius insimulet, cum reverà multis erroribus scateat: præterea cum prædictus auctor obstinatè defendat, ignorantiam juris naturalis invincibilem culpæ non eximere, & cum hoc præcipuum sit dicti erroris fundamentum, in tertia propositione damnatum; quid mirum, si fortè ille, qui hunc errorem defendit, errare dicatur: deinde, cum idem dicat, opinionem verè probabilem, si falsam esse contingat, culpæ non eximere; & cum circa veritatem, aut falsitatem illius ignorantia invincibili laboremus; nequimus enim certò scire, an vera, an verò falsa sit; illum etiam eodem jure errare dicimus, nusquam tamen illos, qui commemoratis erroribus minimè adherentes, nobis in hoc contradicunt, quod sentiant, teneri, nos sequi probabiliorum, aut certè tutiorum; nusquam Bardus, meo iudicio, Philaletem, aut Raphael Turrianus Metendam, aut alius Mercorum prædicti erroris compertos pronuntiavit. Accidit, quod iudicium practicum certum, est ultimæ regulæ morum, vel actionis honestæ; unde, si quis hoc iudicio minimè contentus, quidpiam aliud exigeret, aut illud damnaret, vel probabilitatem omnem rejiceret, quamvis in usu Ecclesiæ frequentem, illum erroris insimulare non dubitarem, cum Ecclesia illos damnaret, qui prædictam regulam & universalem Ecclesiæ usum damnare præsumpserunt: uno verbo, Baronem istum Adversarius nostris fœdere junctum esse, satis constat, aut saltem, vel inde suspectum, quod Wendrockius & Socinianos multis laudibus, Doctores verò Catholicos Caramuellum, Suarezem, Vasquezem, Molinam, & alios selectis convitiis cumularit.

27. PITHANOPH. A pag. 12. ubi hoc argumentum sibi opposuisset, nimirum illud certa fide tenendum esse, quod per totam Ecclesiam, communi usu receptum est, & Pontificis ex cathedra definitis decreto confirmatum, licet de eo nullum in Scriptura aut traditione verbum extet; ridiculus essem, inquit, si hoc argumento commoverer, ex quo certè concludi nihil potest contra hæreticos; cum in eam tantum doctrinam Ecclesiæ decreta cadere possint, quæ ab Apostolis, ad nos usque traducta est, verbo Descripto, aut tradito contenta; hinc us non assentitur, qui nupera inventa, quantumlibet pia, ab aliquot sæculis cusa, in dogmata fidei, paria antiquis, sanciri posse asserunt; quod longè magis à vero alienum censet, quam si quis putaret, Iustitiam aquam, Ecclesiæ auctoritate, in octavum Sacramentum, transferri posse: cum Ecclesia non habeat auctoritatem, nova præcepta, vel dogmata condendi, sed interpretandi, & antiqua è tenebris eruendi: in his certè, nisi me tua Theologia fallit, multa occurrunt erroris species.

28. ANTIM. Quasi verò species: fœda inest erroris labes; video, quò spectet, definitiones præsentis Ecclesiæ velle eludere; suis rebus timet; hoc veluti clypeo istum falli posse putat; nupera illa inventa pia, nihil aliud sonant, nisi scientiam mediam & immaculatam Deiparæ Conceptionem, ut manifestum est cuiuslibet rerum istarum perito; sed toto cælo errat, cum utrumque definire possit Ecclesia; & ubi essent definita, antiquis haud dubiè fidei dogmatis paria à Catholicis omnibus censerentur; hæc trita est Hæreticorum cantilena, qui novos fidei articulos & non dogmata Catholicis exprobrant, quos etiam trita & familiari distinctione refutamus, nempe nihil hoc tempore credimus, quod majores nostri

non crediderint, nimirum explicitè, vel implicitè, ut Scholasticis terminis utar; unde novæ definitiones Ecclesiæ, novos fidei articulos non faciunt, sed tantum de implicitis, explicitis; ac proinde, sed tantum illud, quod nobis Ecclesiæ credendum est, in verbo scripto, vel tradito, implicitè saltem continetur: Sarscio, negari ab Heterodoxis mul-
 tiplicitate contineri, vel in Scriptura, vel in tradi-
 tione, quæ tamen Ecclesiæ definit, & divina fide
 credenda proponit; sicuti fortè negaret Vincen-
 tium Baro, deficientia media & Conceptione; sed
 Ecclesiæ, quæ falli non potest, nec fallere, om-
 nino verè Catholicis standum est; & ubi Ecclesiæ
 definit, aliquid divina fide tenendum esse, eo ipso,
 patet & declarat, illud in verbo scripto vel tradito,
 contineri; nisi enim hoc esset, nihil un-
 quam Ecclesiæ defineret, quia nunquam deessent,
 quæ implicitè in Scriptura, vel traditione conti-
 nentur; negarent: demum enim, v. g. immaculatam
 Conceptionem definitam fuisse ab Ecclesiâ, fortè
 negaret, definiti potuisse, quia novum in ve-
 ro in verbo Dei scripto & tradito, ne implicitè
 quidem continetur; ego verò cum Ecclesiâ contineri
 dicam; cum sit antiquus Ecclesiæ sensus, multa
 Scripturæ loca Deiparæ Virginitatē attribui, quæ
 respondent, vel Ecclesiæ in alio sensu conveniunt;
 non profecto immaculatam Conceptionem impli-
 citè contineri, cum Ecclesiâ, jure dicerem, si hæc
 dicendo mysterium illud definit; si autem cum
 Ecclesiâ sentiam, securus sum, errare non valeo; ac
 quæ Ecclesiâ non audit, est mihi sicut Ethni-
 ci Publicanus: credit Baro, prædeterminatione
 prædictam in facto textu, implicitè saltem conti-
 neri; alio annuerem, si unquam Ecclesiâ creden-
 dibus proponeret; sic enim captivarem in-
 stitutum in obsequium fidei, illud tamen nun-
 quam futurum esse, mihi plusquam verisimile est;
 contineri pernegare non dubito; scientiam ve-
 ritatis clarissimè contineri, omni asseveratione
 firmare.

PITHANOPH. Rem acui dubio procul omni
 equè, unde posita semel definitione Ecclesiæ, illè
 quæquam suspensus est, qui disputat, utrum il-
 lud Ecclesiâ definit, in Scriptura, vel tradi-
 tione implicitè continetur: ut ille plusquam teme-
 re quem Extravagantes Sixti 17. de immacula-
 ta Conceptione ita pupugerant, ut eo ipso, illum
 inicali dignitate, coram Deo, excidisse, scribere
 solent; optime igitur, meo judicio, dixisti,
 hanc esse Hæreticorum cantilenam, & va-
 rios excusationem; nihil enim fere aliud
 viros contra Ecclesiam crepant; imò etiam si
 explicitè & aperte in Scriptura continetur,
 v. g. quod, venerabili Sacramento realiter insit
 corpus Christi obstinatè negant Calvinistæ, quam-
 vis quin diserta sint Scripturæ verba: Hoc est
 corpus meum. Rectè igitur contra Hæreticos con-
 stant ex consensu præsentis Ecclesiæ, aut decreto
 concilii de aliquare fide credenda; nempe utrum-
 que discreto copulavit; hoc tamen negat; sed
 prædictum negare illud, error est: error est etiam no-
 minibus communis, præsentem Ecclesiam ab anti-
 quâ fides, & auctoritas; ita omnes Catholici cre-
 dunt; hanc doctrinam à Patribus nostris accepimus,
 hanc vivam fidei nostræ regulam tenemus, quif-
 que non sequitur, errat in fide, Calvinizat, &
 analogum sibi occini, frustra & immerito conque-
 ritur.

30. ANTIM. Legisti, ni fallor, aureum illud Annati
 nostri opusculum, de præsentis Ecclesiæ hujus tem-
 poris, in quo hoc argumentum ea doctrinæ eco-
 pia & argumentorum vis discurrit, ut nihil un-
 quam nervosius, quo ad hoc scilicet, oculis lu-
 strarim; hoc vanum fuerat illorum effugium,
 quod tamen ita hic auctor præclusit, ut de illo ali-
 quando illos cogitasse puduerit: standum est igitur
 dictis Ecclesiæ quando hæc aliquid omnibus Christi
 fidelibus proponis, quando scilicet totius religionis
 & Ecclesiæ interest, de quo alibi: at non propterea
 dicimus, ut Baro perperam asserit, definitum esse ab
 Ecclesiâ, tutum esse opinionis probabilis usum, licet
 negemus, oppositum definitum unquam fuisse, &
 facile crediderim, nunquam definitum iri, cum cer-
 tum sit, usum illum licitum esse; ubi scilicet agitur de
 opinione verè ac certè probabili; de fide tamen esse
 dicimus, ut supra innui, quamlibet ignorantiam in-
 vincibilem peccato eximere, cujus oppositum, si-
 mul cum tertia propositione ab Ecclesiâ damnatum
 est.

31. PITHANOPH. Omittis, opinor alium Baronis
 errorem, dicit enim ibidem, Ecclesiam non accepisse
 facultatem à Christo nova præcepta condendi, quod
 est erroneum dictum.

32. ANTIM. Obscurè & ambigüe loquitur; benig-
 nè tamen illum ita explico & intelligo, ut de præcep-
 tis divinis loquatur: nam nova Ecclesiæ præcepta di-
 vina non sunt, sed politica, & Ecclesiastica, ut vo-
 cant, potuissent tamen paulò clariùs mentem suam
 aperire; præsertim cum in eo sensu, in quo beni-
 gnus illius verba intelligo, ne minimè quidem dif-
 ficultatis umbra esse videatur. Quis enim nescit, di-
 vina præcepta diversa esse à præceptis Ecclesiæ, hoc
 sciunt pueri, quibus prima fidei rudimenta tradun-
 tur; unde mihi mirum non accedit, quod illius ver-
 ba, in alio sensu intellexeris, quem prima fronte
 præferre videntur, & in quo manifestus error est, o-
 mnibus fere hæreticis communis, qui Ecclesiæ præ-
 cepta non admittunt.

33. PITHANOPH. Agrè admitto excusationem;
 sed demus hoc, ut tibi morem geram; hoc tamen non
 verar, quin multi errores, qui nullam admittunt ex-
 cusationem restent, v. g. quod dicat, argumentum
 contra hæreticos duci non posse ex generali consen-
 su præsentis Ecclesiæ, & recentibus Ecclesiæ decre-
 tis, de re fide credenda, quæ in Scriptura & traditio-
 ne non continetur, clarè scilicet, & expressè; cum
 tamen repugnet in adjecto, ut ajunt, generalem con-
 sensum Ecclesiæ, nec non decretum esse de re aliqua,
 quæ in Scriptura, vel traditione implicitè saltem non
 continetur; quod neget, nupera illa inventa defini-
 ri posse ab Ecclesiâ; nimirum immunitatem Deipa-
 ræ ab originis noxa, quam definiti posse, certum
 est; alioquin frustra Pontifices dixissent, nondum ef-
 se definitam; quod nolit, fidei dogmata recens defi-
 nita antiquis patia esse, quod velit, non esse licitum,
 novis argumentis hæreticorum errores impugnare;
 cuncta hæc, ut mitissimè loquar, intra paucas paginas
 errores multiplicat.

34. ANTIM. Hoc ultimum contra auctores Socie-
 tatis & scientiam mediam, nominatim autem appellat
 Molinam & Petavium, aliosque plures in genere,
 qui ut diserte asserit, cum Pelagianis & Semipelagia-
 nis ita consentiunt, ut istorum argumenta pro Au-
 gustini solutionibus habeant, nec non præferant,
 cogitaram nuper à se pugnandi methodum & sen-
 tentiam, ad victoriam ex hæreticis reportandam, ne-
 cessariam esse; scientiam mediam intelligit, qua
 utimur,

utimur, ad conciliandam cum gratia efficaci libertatem? reponere facile possem, idque non sine fœnore, nisi per decreta Pontificia hoc verum esset; quibus iste Baro non pepercit; ac proinde cum in graves censuras incurreret, auctor ipsi esset, ut absolutionem procuraret, ne in censuris infortescere dicatur: ut ut sit, falsum est, imò falsissimum, auctores Societatis Pelagianis, aut Semipelagianis consentire; hanc notam Suarez, Annatus, alique magno numero luculentissimè diluerunt; falsum est, scientiam mediam nuperum inventum esse, & Semipelagianorum argumentum contra Augustinum; sed hoc, inquit, à nullo negari potest, nisi rudis & ignarus sit controversiarum de gratia & libero arbitrio; Deo gratias, retorquere facile possem; quisquis Suarem, Molinam, Annatum & alios hujus controversiæ rudes & ignaros esse dixerit, nã ille plus quam rudis, ne rudem dicam, censendus est; intelligimus hujus controversiæ statum, & in quo dissentiant partes, & facile excurrerem, si per decreta Pontificia liceret; sed cum non liceat, sustineo, dixisse contentus, nostram sententiam doctrinæ Augustini & Doctoris Angelici probè consentire, ac proinde nuperum inventum non esse antiquis ignotum; non negamus quidem, occasionem tulisse, ut res ista longè fusiùs & accuratius à recentioribus discuteretur; nec enim opinor, invenies apud antiquos Theologos, quicumque tandem sint, quinque justa volumina, de hoc argumento, quæ unus Suarez de suo in causam communem contulit; negamus tamen, nostram sententiam, quæ Calvinianæ opponitur, ex diametro, vel Doctoris Angelici placitis vel dictis Augustini, vel Pontificiis decretis adversari; neque hoc, ut temerè judicat Baro, tacita conscientia agnoscamus: quod autem ii, qui sperant, doctrinam oppositam, de gratia per se intrinsecè ac præcisè efficacem, nimirum prædeterminantem, decreto tandem Pontificio eversum iri, pessime fidei causæ consulant, & male de Ecclesiæ perennitate sentiant; constanter assero, falsissimum esse & à notoria veritate alienum; nunquam enim Ecclesiæ nostram doctrinam damnavit, sed delatam à sociis Baronis, immunem ab omni nota absolvit; imò præmissa Jansenii damnatione, quantum inde nostræ sententiæ accesserit, nemo non videt, nisi rudis & ignarus hujus controversiæ; falsum est etiam illam Augustini doctrinam, quam tot Pontifices approbarunt, nostræ oppositam esse, vel eandem, cum sententia prædeterminantium: hæc quidem vera sunt. 1. Eandem esse gratiam efficacem prædeterminantem, Jansenii, & Calvinii; nimirum gratiam per se intrinsecè ac præcisè efficacem, quod P. Sebile in suo Thomistico interprete ultro fatetur. 2. Jansenium ex hoc principio, suas illas propositiones ab Ecclesiâ damnatas deduxisse, & Calvinum suos errores de merito & libertate. 3. Thomistas negare prudentissimè prædicta se qui ex illo principio, ac proinde si hæc forte illis opponantur, illico negant consequentiam. 4. Illos omnes unanimi consensu asserere, dictum principium esse Augustini, imò & eadem sancti hujus Doctoris loca in hunc finem ab iis adduci, 5. Semipelagianos scientiam mediam agnovisse; sed agnovit etiam Augustinus, agnovit David, agnovit Christus, nimirum quo ad rem ipsam. 6. Semipelagianos male usos esse scientiam mediam, nimirum ad inducendam meritæ conditionem tantum futura; quæ cum Augustino & Ecclesiâ Jesuitæ omnes rejiciunt, qui tamen hæc scientia utuntur, ad dirigendum Dei decretum de gratia efficaci secundum propositum, sine quo li-

bertatem salvari posse non putant; cuncta hæc vera esse, constat, citra omnem disputationem.

35. PITHANOPH. Hæc profectò urgeri possent, ac retorqueri argumentum, sed cum minimè liceat, cautè abstinuisti, ad alia igitur orationem convertamus, pag. 18. ejusdem præfationis dicit, per decreta Pontificia, opinionem probabilem confixam & everfam fuisse; statuta scilicet hæc regula, de tutiore partetenenda in dubiis; quia, inquit, idem est in dubiis, & in probabilibus, tum Atheismum in Probabilitate regerit; imò quidquid ab Ecclesiâ nascente Hæreson Infernus evomuit, atque adeò omne vitiorum, & errorum genus; modestè omnino ac religiosè; ut Pelagianos hucusque, immeritò licet, vestros auctores alii traduxerat; hoc parum erat; ad ultimam metam hoc convitiourum argumentum Baro strenuè promovit: quid ad hæc responderes Antime? non ita regulam illam auctores vestri, ac præceteris, doctissimus Suarez, ut fuisse dictum est in superioribus congressibus: negamus etiam, nos in dubiis versari, quando opinione certò probabiliumur, cum judicium præcicum certum nobis prælaceat, quod sequitur ex certo modali speculativo; sed hæc ad nauleam supra, & fortè adhuc infra; denique falsissimum est, per decreta Pontificia opinionem probabilem confixam fuisse; huic Homini perinde acqueis, quibus fœdere conjunxit sese, id follemne est, ut etiam in notoriis, mille jactent falsitates & vobis imponant.

36. ANTIM. Frustra certè in his diutius, & hæc de præfatione sint satis; omitto enim, quæ sub finem ejusdem præfationis habet de laudibus D. Fagnani, ubi dicit, nulli unquam mentem omnium Romanorum Pontificum, qui à S. Petro ad nostram usque artem in ejus Cathedra sederunt, certius competam fuisse; nihil eum latere; vim legis habere illius judicium; certò futurum fuisse Papam, & superaturum annos Petri, nisi cæcitas obtulisset; sed hoc ad scientiam mediam revocatur: & in Epist. ad Caracmnelem, pag. 7. nullum mortalium reverentius habendum esse, nullum excipit, nihil ad hæc; quid enim? sapientum judicio relinquenda; Eloquentiæ specimen Baro edere voluit; ut in satyra, ita in panegyrico.

37. PITHANOPH. Vis, omittamus Epistolam ad Caracmnelem; in ea tamen non pauca notanda essent, & censoriam virgam postulare; quàm enim multa spargit mordacia, pag. 5. de Epistola, Iudithillum, captata nominis allusione famosi illius Angliæ protectoris seu Tyranni Cromve; sed quantum discrepet nomen quadrissyllabum Caracmnel à dissyllabo aut trissyllabo Cromvel, nemo non videt, & hæc est potiùs puerilis illusio, quàm ingeniosa & prudens allusio, pag. 12. Alexandrum VIII. bonæ memoriæ convitiourum Caracmneli aspersorum auctorem facere videtur; quæ certè glossa in verba, aut mentem Romani Pontificis minimè quadrat, & sacrilegi speciem præfert, pag. 8. vult, Jesuitas auctores fuisse Caracmneli, ut adversus D. Fagnanum scriberet: falsum est, mi homo, & tetra calumnia; profert tabulas, alioquin merus impostor audies; imò et si verum esset, an fortè moralis Theologia ab his hominibus restaurata tertiæ linguæ vitium permittit? pag. 13. & seq. contra Theolopos multa spargit, & eos, quos damnavit Ecclesiâ defendere videtur, quasi absoluti fuerint, confixa nimirum apologia Theologorum moralium; quasi verò supremi hujus censoris arbitrio Ecclesiâ relinqueret, suorum decretorum causas interpretari, vel potiùs divinare; confixa est apologia, fatetor

est; illud præsertim, quod ex certo iudicio de probabilitate, gravi & sufficiente motivo, prudenti assensu, prudenti electione, certum iudicium practicum, de licito usu ejusdem opinionis probabilis, necessario sequatur.

40. ANTIM. Sed, inquit, pergit Baro Stubrockium alloquens, qui opinionem minus probabilem sequuntur, nihil damni inferunt proximo, neque sibi ullum aspicunt periculum, neque Deum ulla injuria afficiunt, neque à lege sibi nota aberrant, vel à ratione & prudentia; judicantes statim, à Stubrockio hoc dici; sed ne verbum quidem apud illum; & verò si hæc pro responsione adduceret, ridiculus esset, quia licet ea verissima sint, peteret tamen principium, cum adversarii teneant, periculum peccati inesse, ac Deum offendi; quo dumtaxat vitio dicta responsio laboraret, non multis aliis, ut Baro *ibid.* quod autem, ut dicit, afficta, seu fictitia illa responsione, nostra sententia vis tota continetur, ridiculum est, falsum item, quod nullo verisimili argumenti genere probetur, nisi fortè auctoritate recentiorum Theologorum, qui à 30. annis scripserunt: quæ fide hæc omnia scribat, perspicuum est; quot enim verba, tot falsitates, exiis omnibus, quos in aliis congressibus, in hanc rem adduxi, pauci sunt, qui ante 30. annos non scripserint, solvat autem Baro si potis est argumenta à nobis proposita, & erit mihi, ut jam ibi, magnus, non jam Baro, sed Baroni, sed quid solvi ab eo argumenta postulare, qui vel ipsam definitionem opinionis probabilis non intelligit, de qua paulo post, iis ergo argumentis nostræ sententiæ vis continetur, non responsione illa fictitia, quam per manifestam fraudem, Stubrockio affixisse, ingenuum, ac præsertim religiosum auctorem non decuit: satis fuit huic auctori Wendrockium in hoc imitanti, iis scripserit, atque adeo quamplurimis, in quorum manus Stubrockii liber nunquam veniet; hoc enim satis magnum lucrum esse putavit, quamvis fraude, dolo & malis artibus comparatum.

41. PITHANOPH. Sed nostra sententia testimoniis SS. Patrum destituta jacet, ut Baro exprobrat, & nostri Barone teste, profitentur; nullus, inquit, ab iis, vel scripturæ, vel Patrum locus affertur, quod satis esset, ad illius vanitatem ostendendam: Respondet, inquit, pag. 93. & passim alibi Stubrockius SS. Patres hanc doctrinam supposuisse, non probasse, sed hoc est, inquit, causam probabilitatum prodere, non defendere, & Hæreticorum calumnias in Theologiam confirmare; quis deinde calumnias approbat & donat suo calculo, uti paulo ante objectionem Wendrockii nunquam enim Patres illam prætermisissent, veritatem, inquit, quæ totius Theologiæ moralis puppis & prora est, tum deinde sub finem paragraphi, te & Stubrockium appellat, & ea brevi expensurum sed dicit, quæ animarum salutis, & Theologiæ dignitati parum consulentes de laxiore illo probabilitatum usu, cavillis & distinctionibus metaphysicis statuis.

42. ANTIM. Quis dicat, Scripturæ & Patrum locis prudentem rerum humanarum usum destitutum esse? quoties in Scripturis prudentia, & à SS. Patribus commendatur? quid quæso aliud Patres, nisi ut peccatum & peccandi periculum homines fugiant? utrumque fugimus, quotiescumque certi sumus, à tali usu peccatum abesse, frustra igitur Patres, quæstionem illam movissent, an scilicet si peccent, qui certi sunt, se non peccare: ego & Stubrockius, nihil aliud dicimus, & diceret negamus, quamlibet probabilitatem ad hoc satis esse; volumus enim conscientiam

certam, certam item probabilitatem, non dubiam, quid igitur eorum, quæ certa sunt, confirmationem quaris, vel in scriptura, vel in Patribus: an fortè D. Thom. non satis est, qui dicitur docet, eum non peccare, qui ex contrariis opinionibus, in nullam dubitationem inducitur, quod lib. 8. art. 3. de quo *infra*; nunc quid Leo epist. 92. à S. Antonino adductus 1. p. tit. 3. c. 10. §. 10. qui etiam docet, in obscuris & dubiis, id sequendum, quod nec præceptis Evangelicis contrarium, nec decretis SS. Patrum invenitur adversum: Nunquid August. hom. 40. cujus illud dictum est, tene certum, dimitte incertum, & alia multa; nunquid hæc in nostram sententiam quadrant? quæ & omnem dubitationem abigit, cum in conscientiam certam resolvatur, & nihil admittit, quod præceptis Evangelicis, vel decretis SS. Patrum adversum sit; & nullam opinionem approbat, cujus usus certus & tutus non sit: imò vix unum ex iis locis, quæ pro se adversarii allegare non cessant, esse video, qui nobis æquæ, aut etiam magis non faveat; ut consideranti patebit; videatur Stubrockius *scilicet* 2. §. 2. Deinde reprehendit Stubrock. quod responderit Wendrock. *scilicet* 3. §. 3. SS. Patres supposuisse, humane actionibus certam & evidentem cognitionem sapere non præluere; certum esse, v. g. Christianum lege Ecclesiastica ad jejunium teneri; certum item, infirmum, eumque, qui propter laborem, plus cibi postulat, non teneri; an verò teneatur, quæ aliquid, sed non ita gravi infirmitate laborat, incertum est, & utrimque adductis rationibus probabilibus disputatur, nec dubium, quin Patres hanc doctrinam, vel ipso naturæ lumine notam semper supposuerint; quasi verò, Doctorum auctoritas in rebus certis desideretur, & illud ridiculum concionatorem imitari debeamus, qui ut solem splendere probaret, Plin. citavit, aut illum I. C. qui Bald. aut Bartol. aut alium semper citabat, in rebus etiam per se notis: optima igitur Stubrockii fuit responsio; nec propterea causam perdidit, aut prodidit, aut Hæreticorum in Catholicos calumnias confirmavit; imò apposita fuit illa responsio: accedit, quod multa Patrum, aut Scripturæ loca Stubrockius adducere poterat, etiam plura quam centena, nimirum illa omnia, quibus certam conscientiam esse debere probaverunt Comitulus, Mercorus, Merenda, Fagnanus, & quidam alii; nihil enim aliud ex iis locis evincitur; quamvis si perperam ex iis colligere voluerint, minus probabilem illicitam esse; sed quid inde sperari potuisset? ea quippe loca, suo modo, adversarii, intelligi & explicari voluissent.

43. PITHANOPH. Retorquere potuisset argumentum Stubrockius; ut enim apud Patres in terminis hæc propositio non extat, opinio minus probabilis licita est, ita neque illa, opinio minus probabilis illicita est; & verò nihil habent loca illa, quæ citat Wendrockius *scilicet* 2. §. 2. Baro tamen disp. 2. *scilicet* 2. art. 3. §. ult. Patres nobis adversarii dicit, item *scilicet* 3. art. 3. §. 1. Sed ne unum quidem ibi locum ex SS. Patribus appellat: art. 2. §. 1. citat Paul. ad Rom. cap. 1. ubi Gentilium Philosophos impietatis & injustitiæ insinuat, quod cum Deum cognovissent, non tamen glorificassent; sed idola & creaturas coluissent; & miratur Baro, hunc locum à Wendrock. Mercor. Merend. alii, quæ omissem fuisse; sed quis inde concludat in hunc modum, ergo non licet uti opinione vere ac certo probabili; quid quæso aliud hoc loco Apostolus, nisi quod gentiles illos ignorantia peccato non exemerit, cum invincibilis non fuerit, sed satis ipsi luminis à Deo accepissent, ut Deum cognoscerent, & à visibilibus ad invisibilia cogitatione pervenirent; sed

probabilem nostram sententiam? quasi verò sit opinio probabilis, Deum non existeret, vel Idololum probabilem, paginas nugas & blasphemias; sed videamus, quomodo ratio cinetur hic auctor; vel Paulus, qui eos damnat, qui probabilem Dei cognitionem non habuerunt, vel eos, qui evidentem; si primum, non etiam probabiliter cognoverint, Deum non esse, non etiam probabiliter cognoverint; ergo nec habuerunt illos peccato non exemit; nec ullum alium; si alterum, ergo cum ita fuerint, durum dicitur est, in eos dumtaxat itam de damnationem Pauli cecidisse, non verò in Episcopum, Democritum, aliosque magis impios: Hæc ergo est Baroni ratio cinii ratio, tot fere laboribus, quot verbis constat; Primò disjunctivam exponit, quæ omnia membra non continet; nam reprobare potuit, ut per errorem, probabile esse crediderint, quod tamen probabile nec esse nec dici potest, cum sit, esse plures Deos: 2. cum satis non sit, probabiliter tenere, seu credere, unum Deum esse, quod omnes ad salutem certa fide credere tenentur; si hæc dubie ex primis illis notionibus, de Deo ultra procedere reprobantur; donec tandem, affulgentia digne gratia lumine, certa fide in illum credent; quod cum facere omiserint, graviter deliquerunt, ut videtur: quid porro hæc ad opinionem probabiliter tenent, non video, nec videntur tam multi, tam quæ Pauli Interpretes; unus Baro videt; quamvis in eadem tum Merenda, tum Mercori diligentiam adhibere vides Antiquæ, quam inania hic auctor, sed non dico nullum mihi scripturæ, nullum SS. Patrum, nullum Conciliorum, nullum Romanorum Concilium disertum locum, nec Baro, nec quisvis appellabit unquam; ex quo directè ac certò, dictum, probabiliter, concludatur, opinionis verè probabilis nullum illicitum esse; immo quæ ratione, cum de facto agatur, certare paratus sit, Annas Baro, sed alia quæso loca expromat, ut quæ Merenda, Mercori, Fagnano, adducta sunt, omittit Wendrockium, Hæreticum scilicet hunc, quem in societatem Catholicorum auctoritate mittere nolum, unde est, quod mirentur omnes, hunc ita se gessisse, ut hunc idem laudet, censens et æque defendat, Stubrockium verò Catholicum hominem, qui Wendrockium egregie reprobare perperuò fugilandū, immeritò sanè suscipiat.

4. ASTIM. Illud præ cæteris, quod inuisti obiculus impensius inuolandum esse putarem; nimirum Baroni & adversariorum sententiam eodem tractata, immo longè majore quàm nostra vitio laborare, dicunt enim, teneri nos ad probabilem; quoniam de rutiore dicitur, facile est, cum nullam rationem, quæ rata non sit, rutiore autem una quàm infirmior ter & proprie dici non potest, quia esse tutius in dubio positum est, illa enim actio, vel omisiō esse dicitur, quæ peccatum & proximum peccatum periculum certò excludit, ex quo tota Baroni sententia penitus corrumpitur, itaque, dicunt, nos teneri ad probabilem, cetero quæso disertum scripturæ locum, quæ sanctorum Patrum, disertum, inquam, quis admittat loca illa Wendrockii, quibus aliud probatur, ut clarissimè demonstrat Stubrockius *lib. 2. §. 2.* frustra ringente, seu reclamante meo, Mercori adducta, quibus certa dumtaxat contra evincitur, quam ultro admittimus; proferant quæ aliquem locum, quo disertè dicatur, teneri ad probabilem, in omni scilicet materia, nec minus illud exigant, cum enim illi hoc onus imponat, actorum personam sustinent, nos verò reo-

rum; actoris autem est ea probare, quæ adstruit: Rei verò dumtaxat negare; rationes à Wendrockio allatas, Stubrockius *lib. 2. §. 3.* luculenter diffilavit; unde tamen modicam laudem, cum vix rationum umbram, seu speciem præferant; vis tandem, dicam, quod sentio, si à me ultra tanta sollicitudine aliquem locum exigant ex Evangelio, contra illorum sententiam, præter illum, fidelis & prudentis servi, illum ipsum minùs licet expectatum iis opponam; quem & ipse Christus Phariseis opposuit, *imponunt onera gravia & importabilia, digito autem suo nolunt removere.*

45. PITHANOPH. Sed ne discedamus ab hoc loco, eadem repetit Baro *disp. 2. sect. 5. art. 3. §. 1.* ubi habet verba Stubrockii *lib. 3. §. 3.* nimirum non esse dubium, quin SS. Patres hanc doctrinam supposuerint, &c. ut *supra*; quibus annuit, cum statim subnectat illud suum *ita est*; sed conclusio, quam ex iis deducit, inquit, ignota est Patribus, qui semper clamant, in dubiis tutum sequendum esse; quamnam porro sit conclusio, ex præmissis à Stubrockio deducta, non video, non invenio, in toto illo §. nec alibi; quæ enim conclusione opus erat Stubrockio? data enim illa responsione, quam Baro admittit, cum illo suo *ita est*; res confecta erat; quid enim juvaret, loca Patrum, in eam rem, adducere, quam ipsi vel ipso naturæ lumine notam statuerunt; at sibi contradicit Baro, cum statim post tres, aut quatuor lineas subnectat, quolibet articulo fidei dictam responsionem creditu difficiliorem esse; quibus repugnat illud *ita est*, de quo *supra*. Addit ibidem, ex scripto Stubrockii loco, ex ultima nota in *5. epist.* in quo habet, certas morum regulas, quæ in libris Patrum habentur, à Theologis statui, non verò de illis disputari, sed de singularibus quæstionibus, quarum solutio ut plurimum ab aliquo textu, aut canone, &c. petenda est: frustra igitur apud SS. Patres, qui ante huiusmodi leges scripserunt, solutio illa investigaretur; quid ad hæc Baro? putat, inquit, Stubrockius, se respondere, si non taceat, & argumenti dissimulet difficultatem; sed agendum quæso, videamus, opposuerat Wendrockius, loco citato, nimirum *not. 5. in epist. 5. pag. mihi 114.* Filiucium, Reginaldum, &c. vix aut nunquam appellare veneranda Augustini, Chrysostomi nomina, cum tamen singuli penè verius recentiorum nominibus locisque peritrepant; ad hæc respondet Stubrockius Wendrockio, uti & Annatus antè responderat, morales theologos de iis argumentis & quæstionibus ut plurimum disputare, v. g. de simonia, censuris, irregularitate, Sacramentis, contractibus, aliisque huiusmodi, quæ apud SS. Patres nullus inveniat, hocce est dissimulare difficultatem? hic tuam fidem, Vincenti Baro; provocho ad cuiuslibet lectoris etiam præoccupati iudicium; nec enim Wendrockius eo loco de probabilitate, vel minimum verbum fecit; miror hominis confidentiam, vel potiùs audaciā; crediderat fortè, nunquam ejus librum in nostras manus venturum, auctorem certè minùs fidelem ac religiosum nunquam reperi; & ne hoc omittam, sub huius finem §. postquam Wendrockium & Janfenium defendisset, quantumvis dissimulet, de ignorantia invincibili peccato non eximente, & decretum fuisse, cum iis, dixisset, à Concilio Diospolitano, in quo hic Pelagii error damnatus est, ignorantiam non subjacere peccato, quoniam non secundum voluntatem, sed secundum necessitatem, Pelagius enim admittebat, teste Aug. ignorantiam vincibilem peccato imputari; ita concludit; satis fuisse, inquit, respondisse semel Stubrockium his auctoribus, nimirum Janfenio, & Wendrockio, quàm

quàm singulis paginis, eos accusasse hæreseos, nulla probatione allata, nulla solutione adhibita eorum argumentis, quæ facilius putavit contemni posse, quàm infringi; quis unquam inter Catholicos liberris hæreticos defendit? auctorem catholicum ita scribere, mirari satis non possum; sed tolerari, approbari, laudari, obstupesco; hæc tamen abs re, omnino; Stubrockius nunquam Janseii, eo saltem opusculo, refellendum suscepit, sed unum dumtaxat Wendrockium, qui tamen eo loco de ignorantia invincibili, aut de Concilio Diospolitano nihil protulit; sed tantum not. 1. in quartam epist. pag. mibi 47. ubi habet, definitum esse contra Pelagium, dari aliqua peccata ignorantie; sed hæc refutat Stubrockius not. 1. in 4. epist. Nimirum hæc dici de ignorantia vincibili, quæ certè peccato non eximit; nam invincibilem peccato eximere, certa fide tenendum est; damnata scilicet tertia propositione, qua Janseius peccati ex necessitate adtruxerat: nec refert, Pelagium admisisse vincibilem culpæ imputari, quia de hoc capite, ne verbum quidem extat in d. Concilio apud Binium; apud Augustinum verò de gest. Pelag. cap. 18. legimus, hunc errorem Pelagii ab Episcopis in dicto Concilio congregatis, oppositum fuisse, obtrivionem & ignorantiam non subiacere peccato, quoniam non secundum voluntatem eveniunt, sed secundum necessitatem; quem locum perperam Baro, Janseio in hoc adhærens, intelligit; cum ita intelligendus non sit, à Patribus damnari eos, qui facta ex ignorantia invincibili peccato eximunt, quia scilicet fiunt ex necessitate, non verò ex voluntate; sed damnant eos, qui dicerent, ignorantiam nunquam subiacere peccato; quia semper necessaria est, & nunquam voluntaria, qui verus est dictorum verborum sensus; unde is profectò erraret, qui semper ignorantiam peccato eximeret, quia semper necessariam esse putaret, & nunquam voluntariam; item ille, qui nunquam eximeret, quia semper voluntariam; primo modo errabat Cælestius, secundo Janseius, Wendrockius & fortè Baro; ii verò, qui rectè sentiunt, dicunt, aliquando ignorantiam peccato eximere, quia est necessaria, quam invincibilem vocant; aliquando non eximere, quia voluntaria est, saltem indirectè; & hæc est crassa, affectata, &c. Ne igitur Baro doleat, Wendrockium à Stubrockio hæresis infirmulari; nimirum quo ad hæc, & alia hujusmodi, quæ apud Catholicos hæretica esse, constet; alioquin non deerunt, qui dicant, illum pro suspecto habendum esse; alio modo, eoq; optimo, locum illum auctores nostri explicant, ac præ cæteris doctissimè Annatus, in suo August. à Bajanis vindicato, lib. 6. cap. 8. ostenditque, ignorantiam illam necessitatis illam tantum esse Pelagium, quæ naturæ dumtaxat viribus excuti, seu vinci non potest: sed jam ad tua progrediamur.

46. ANTIM. Ad disp. 1. redeo, sect. 2. art. 2. §. 2. ubi meam definitionem opinionis probabilis à me adductam impugnasti; dixi enim, opinionem verè probabilem illam esse, quæ ex rationabili motivo procedit, citra certitudinem; illud autem rationabile, seu grave motivum appello, quod licet vi objectiva assensum non extorqueat, ad assensum tamen prudentem movet: hæc statim Baro insurgit; conveniebat, inquit, hoc fundamentum paulò solidius esse, ne eadem facilitate negetur, quæ asseritur; verbum enim huic definitioni inferitur, quod summa est totius, quæ fervet, controversiæ; si velis, inquit, me compellans, synonyma esse, prudentem & probabilem opinionem, quamvis minus probabilis prudenti ac rationabili argumento nitatur, tenebras, non lucem disputationi of-

fundis, & tuo tantum privato sensu definitionem, ad tuum commodum, fabricas: sustine parumper, admodum Reverende, & videamus, an possit esse alia definitio opinionis verè probabilis; nec enim fictam, fictitiam, & spuriam probabilitatem hic definimus, sed veram atque germanam, immò vera & spuria eadem definitione non gaudent; uti ne homo verus, & fictus, seu pictus; videamus igitur, an nostra definitio legitima sit & solida; ex eo ni fallor potissimum probatur, definitionem legitimam esse, quæ & omni, & soli definito ita convenit, ut per illum explicentur ea, quibus definitum constituitur, & ab omni alio distinguitur; de his, ni fallor, convenies mecum: primò dicit actum opinativum, id est, formidolosum, quod à me expressum est, per illud citra certitudinem; per id autem distinguitur ab omni actu intellectus, seu certo tantum, qualis est actus divinæ fidei, & conclusionis Theologicæ, seu certo simul & evidente; per illud etiam, actum opinativum, distinguitur à puro dubio, quod negativum vocant; de his quoque non dubitas, sed non satis est, ab his tantum distingui, opinionem verè probabilem; sed etiam ab improbabili distinguenda est, ut nemo ignoret: per quid porro? per motivum, haud dubiè, sine quo actus opinativus esse non potest; igitur vel motivum est grave & rationabile, vel leve, ac proinde non rationabile; nemo neget, ita tem se habere; si primum, est opinio probabilis; si alterum, est improbabilis; ut autem hæc est opinio probabilis formalis, ut vocant, quæ est adus intellectus, ita est etiam objectiva, quæ per talem actum attingitur; neque in hoc est difficultas: at si motivum grave sit & rationabile, haud dubiè ad prudentem assensum satis est; nec etiam huc ulque liquor de usu: demus enim non satis esse, nullus ergo prudenter assentitur, citra certitudinem, quod ridiculum est; deinde si rationabile motivum est, ad prudentiam pertinet, quæ cum recta ratione conjuncta est; & verò, cum paucissima certa sint, intellectus ferè semper fæteretur, si certis dumtaxat assensum prudenter præbere posset. Præterea negas, prudentem assensum esse, qui ex gravi & rationabili motivo procedit, quod grave esse & rationabile certo constat, negas, inquam, cum uno, vel altero; modò enim ad certam conscientiam, ac certam & indubitatam probabilitatem, eamque veram, non spuriam & apparentem, rem istam restringamus, non dubito, quin Comitulus, Philaletus, & alij ferè omnes admittant assensum illum prudentem esse, qui ex gravi motivo procedit, citra certitudinem, itaque cum prudentia ad forum prudentum & sapientum pertineat, tam multi, tam docti, tam pii, & rerum istarum periti dicunt, scribunt, ac defendunt mordicus, talem assensum prudentem esse; negant verò tam pauci, immo fere nulli, juxta nostrum explicandi modum; certò igitur concludo, prudentem illos asserere, imprudentem verò istos negare.

47. PITHANOPH. Fatentur quidem, motivum illud, ex quo procedit assensus probabilior ad prudentem assensum sufficere, sed negant, tale illud esse, ex quo procedit minus probabilis.

48. ANTIM. Prævenisti, si enim motivum illud, quod grave est & rationabile, satis est ad prudentem assensum, quod est grave, inquam, ut sex, verbi gratia, negari non potest, quin grave ut quatuor, sit satis ad assensum minus prudentem; in hoc enim semper hallucinantur adversarii, quòd prudentiam in indivisibili constituant, quo nihil absurdius excogitari potest; suscipit enim prudentia magis & minus, intra suam latitudinem, ut vocant, & modò

Ad illud moti pondus, atque momentum, quod
destinat ad prudenter assentiendum, opinio proba-
bilis est. Imò ex hoc manifestum fit, mi-

PHANOPH. Imò ex hoc manifestum fit, mi-
nus probabile & probabilius, ut minus grave & gra-
vius, sit eodem genere contineri, nimirum proba-
bile, & gravius : unde probabile præcisè sumptum,
exigit, quale hoc loco definitur, nec probabilius,
ut minus probabile dicit, ut patet, igitur per quid
dicitur illud probabile præcisè, ab improbabili? per
idcirco, quod procedit, ut diximus ex gravi &
inconvenienti motivo; licem in intellectu rationabili-
tatem illam prædet; sitationabiliter, ergo pruden-
ter ut periculum est : & valde miror, homines
ut quia nec non intelligent, sed maline vitiosis suis
dehincibus, quibus implicatur contradictoria,
voluntatis adherere, quam veram & facilem à
nobis potestatem acceptare: vidimus in supertiti-
bus congressibus aliquot illarum viria & repugnan-
tia, quibus etiam duæ definitiones à Barone traditæ
falsipetere videtur; *probabile*, inquit, *dicimus*
illud quod veritate, aut falsitate, præ nostra igno-
rantia & re-incertitudine, nihil certo nobis constet, aliquam
veritatem rem habere, cui assensum damus formidolosum,
ut sit falsum falsis, & veritatem potius sit, quam au-
tem non. Sed rides, Antime.

p. Antim. Quid amabō rīfūm fuſtineret? mihi
 non eſt probat, quod privato meo ſenſu, novam de-
 ſcriptionem fabricarim, cūn tamen communis ſit
 omnibz recte ſentientibz; per hoc enim opinio
 reſpectabilis ab improbabili diſcrepat, quod ſi-
 ne alio, et gravi, & rationabili motivo, ſeu funda-
 mento nititur; ipſe verō ita novam & peregrinam
 ſentit, ut quavis ſpoſitione certare velim, apud nul-
 lum hominem extare, que ſcilicet de tam multis rebus
 ſimiliter faciat; nimirum de veritate, falſitate,
 ſimilitudine, verſimilitudine, ignorantia,
 evidentia, aſſenſu, orichalco, auro obryzo; nihil
 ergo, totam terminum fartaginem hac defini-
 tionem complectitur, ut non tam deſinitio, quā homi-
 niſſe videatur, unde ſemote etiam hoc primo vitio,
 falſitatem, enumera.

aliores, enumerata. Et dicam, quæ mihi venient in
mentem, in primis per hanc definitionem opinio
probabilis non ditinguitur ab improbabili, in quam
opinio probè quadrat, etiã verisimilitudo, nisi
in illa quæ verisimilitudo inesset, nullus esset assen-
sus tantum vero, aut verisimili adhærere: unde
et quoddam Barone semper queramus, quoniam
probè, & per quid, opinio probabilis ab improba-
bili distinguitur. Secundo, hæc verisimilitudo, in
com- falsam etiã quadrat; sic orichalcum probè
falsissimum, autò simile esse dicitur, licet certum sim,
tamen non esse: tertio, si omnis opinio esset proba-
bilis, quia omnis assensus opinativus est formidolo-
sus, & ideo in aliquam verisimilitudinem, ut jam
dixi, ex his, alia quàm plurima deduci facillè pos-
set, sed hæc satis esse videtur, ad definitionem il-
lam ut ipsam & vitiosam omnino rescindendam,
cum ita, quæ communis est, prædictis vitis careat,
in nullo alio labore: Inde est, quoddam de hujusmodi
radicem moribus expostulæ, qui hostem fici faciunt,
distinguit, quem impugnent; nempe ut in laxiores
opinionem probabiles invehantur, rationem probabi-
litatis eo sitam effodiant, in quo verè sitam esse,
non confidimus, nempe in mera verisimilitudine,
non in falsissimum esse, constat: hæc enim omne proba-
bile sit verisimile, non tamen omne verisimile est
probabile: cum etiã multa improbabilia verisimili-

rudinem præferant; ratio igitur petenda est, cum
Suare, à firmo & gravi motivo, seu fundamento,
citra certitudinem; illud autem ut firmum sit, quod
prudenter in opusculo tuo monuisti, repugnare non
debet, evidenti rationi, nec veritatibus Ecclesiæ
receptis, &c.

52. ANTIM. Aliam definitionem ibidem adducit, his verbis : *Probabile est, cui verum, aut falsum inesse potest, propius tamen videtur à vero, quam à falso abesse, & variis argumentis, magis in hanc partem inclinamus*; hæc etiam vitiosa est; primo enim in opinionem minus probabilem non cadit, cum hæc propius à vero quam à falso non abit; nec magis in hanc inclinemus: deinde utrique æquè probabili minimè conveniret; immò nulli proius opinionì probabili; non minùs, vel æquè ut modò dictum est; nec etiam probabiliori, quam hic auctor cum Fagnano, certam moraliter esse contendit; præclaram certè definitionem, quæ nulli definito convenit; accedit, quod etiam improbablei competit, in quam nonnulli, variis argumentis, interdum inclinant; sed his omisiss, quæ adeo levia sunt, ut gravi refutatione indigna reputantur; videndum restat, quid nostræ definitioni opponat. Apud nos, inquit, maxime controversum est, an quæcumque probabilitatis, quæ libertati faver, par, aut inferior illi, quæ fiat pro salute, electio & consensus prudens esse possit; falsum est, id apud nos controversum esse; & nemo nostrum concedit, quamlibet probabilitatis electionem prudentem esse; v.g. medicamentum probabilis, formæ, aut materiæ probabilis in Sacramentis, juris probabilis, &c. deinde probabilitatis tantum, quæ certa est, electionem prudentem esse admittimus; & ab usu & electione quamlibet aliam, quæ scilicet, tantum probabilis est, proferibimus; denique nunquam diximus, unam ex certò probabilibus, potius quam aliam flere pro salute aut libertate; cum utraq; liberè uti æquè possimus, & neutra salutis nostræ, aut legi repugnet; quodnam porro verbum assuerimus definitioni, quod totius discordiæ seminarium sit, non video; nam verbum illud, *prudentem assensum*, in definitione nostra minimè continetur; sed tantum, ex *rationabili motivo circa certitudinem*; æquidem in reliqua explicatione, ut doceremus, quid per motivum rationabile, seu grave intelligendum esset, diximus, illud esse, quod sufficit ad prudentem assensum; & hoc necessariò dicendum est; neque est seminarium discordiæ, ut ait, cum utrum cuiuslibet opinionis probabilis, ac proinde cum assensu quomodo libet prudenti conjuncta, minimè approbamus; v.g. si licet tantum probabiliter prudens, eam in usu non admittimus; quia usum morale certò prudentem esse, necesse est; item in iis, quæ vertantur circa aliqua facta, ab actione morali distincta; v.g. confectionem Sacramenti, curationem ægri, bellum inferendum, ferendam sententiam, &c. nec enim est opinio probabilis, quemlibet usum hujusmodi probabilitatum prudentem & licitum esse; unde verbum illud assensum, seminarium discordiæ non est: si velis, inquit, synonyma esse verba, *prudentem & probabilem assensum*, quamvis minus probabilis prudenti ac rationabili argumentum nitatur, renebras non lucem disputationi offundis, quid sibi velit, vix capio, nisi quod forte ille tem sitam non capiat; quæ unquam fomulavit, *prudentem & probabilem assensum*, esse synonyma; quis nescit, prudentem latius patere; eum assensum tum fidei, qui certus est, tum scientiæ, aut principiorum, quæ evidens, etiam prudens sit; igitur omnis quidem probabilis

est prudens; sed omnis prudens non est probabilis; igitur per synonyma non procedit hæc nostra definitio; deinde habemus fatentem rem, cum fateatur, minus probabilem rationabili & prudenti argumenti, quantumvis improprie loquendo, quia motum, vel argumentum, prudens proprie non dicitur, sed ipsemet assensus, ipsa electio, ipsa actio, &c. nullas demum tenebras hic offundo, ubi profecto nihil est, non clarum & apertum, non perspicuum & limpidum; quis enim amabo hæc definitionem statim non intelligat? opinio probabilis illa est, quæ ex rationabili, seu gravi motivo procedit, citra certitudinem.

53. PITHANOPH. Condone facile alios errores levioris momenti, etiam in orthographia; quamvis huiusmodi Aristarchus nihil sanè condonandum esset; idque intra paucas lineas scribit enim *auricalcum*, pro *orichalco*; *obrysum* pro *obryzo*; geminum mendum in singulis dictionibus; item *synonima*, pro *synonyma*; hæc levia sunt, non admittenda tamen ab eo, qui vult audiri Magister in Israël; illud autem paulo gravius, quod habet in sua illa prima definitione, ubi dicit, *aliquam verisimilitudinem habet, cui assensum damus formidolosum*; nec enim illud, cui aliò refertur, ut solocissini feciditatem fugiamus; at non damus assensum formidolosum verisimilitudini, sed omnino certum, quia certum est, esse verisimile, seu probabile, juxta illum; incertum licet, & tantum probabile, esse verum.

54. ANTIM. Hæc omittere poteris, quia levia, sed pergit adversum me; an putas, inquit, me alloquens, prudenter acturum Parochum, non Parochum, ut scribit: qui prætermissa recepta & solemnitate Baptismi forma, istam adhiberet: *Ego te baptizo in nomine genitoris, geniti, & ab utroque procedentis*, quæ est tantum probabilis ad summum; non crederem, haud dubie, prudenter acturum; aliud enim est, uti opinione verè probabili, in quapiam actione morali; aliud uti forma, vel materia tantum probabili in consecratione Sacramenti; & nunquam dixi, imò semper negavi, usum illum esse prudentem, aut licitum; unde miror, hunc hominem obstinate nobis hæc opponere, qui videre potuit in opusculo nostro, eadem à nobis centies rejecta fuisse: idem dico ad ea, quæ opponit de Medico & Judice; ad id, quod subdit de venatore, religionis candidato, & attrito in articulo mortis, paulo post dicam: Possem, inquit, sexcentis exemplis convincere, aliam prorsus esse probabilem, aliam prudentis opinionis & usus rationem; non modò id non convincit, sed ne leviter quidem probat; exemplum attulit, quo maxime id evinceret, non tamen evicit; nec evincet unquam, aliam esse prudentis; aliam verè probabilis opinionis rationem: nempe omnis opinio verè probabilis, est verè prudens; cum sit ex motivo gravi & rationabili; & eodem modo prudens, quo probabilis; nimirum certò prudens, si certò probabilis, & probabiliter tantum prudens, si probabiliter tantum probabilis; dixi verè probabilem, quia quælibet verisimilitudo, probabilitatem veram non constituit: si enim absit grave & rationabile motivum, quæcumque tandem verisimilitudo affulgeat, probabilem opinionem esse, negamus: illud porro, quod addit, de usu opinionis probabilis clarissime ostendit, rem hanc ab eo vel dissimulati, vel non intelligi; quasi verò idem esset usus & assensus opinionis; differunt toto cælo, & sæpè accidit, ut licitus sit & prudens assensus; illicitus verò & imprudens usus, nempe ad hoc, ut assensus prudens dica-

tur, satis est, si probabilis sit; cum tamen usum certò licitum ac tutum esse, necesse sit, ut prudens censetur, quia assensus cum aliqua formidine conjunctus, modò ex gravi & rationabili motivo procedat, non est vitiosus, sed prudens, præsertim si certò probabilis sit; cum tamen usus, quia formidini peccandi, seu dubitationi, ne malum insit, conjunctus est, imprudens sit acque illicitus. Præterea, quotiescumque actio proprie moralis non est, sed ad aliquod factum certum terminatur, quod is, qui agit, ponere, aut non ponere tenetur, quodque bona etiam operantis fides supplere nequit; ex assensu prudenti non sequitur, usum prudentem esse, v. g. opinio, quod talis forma Baptismi, de qua supra valida sit, est tantum probabilis, atque adeò assensus prudens; illius tamen opinionis usus est illicitus, quia minister Sacramenti, quantum in se est, certum Sacramentum conficere tenetur; igitur & præferre certam formam, ac certam materiam probabili, imò & probabiliorem minus probabili, ob eandem rationem.

55. PITHANOPH. Cuncta hæc in opusculo, breviter sanè, accuratè tamen perstrinxeras, ac probè distinxeras, judicium speculative à pratico, ut primum illud prudens sit, satis est esse probabile alterum verò, nisi certum sit, prudens esse nequit; primum circa veritatem objectivam versatur, alterum circa usum illius & praxim: unde facile diluo illud, quod habet de venatore, judicat probabiliter esse feram, en judicium speculative, illudque prudens; ac certò judicare non potest, emitti posse sagittam absque periculo hominem occidendi, de quo certum non est; prudenter igitur emitti posse non judicat, quis enim homo certò non occidere hominem, igitur nihil horum ponere, ex quibus dubitare potest, an sequatur sit homicidium; unde non est opinio probabilis, quòd possit in hoc casu venator emittere sagittam, vel minister Sacramenti talem formam, aut materiam ponere, &c. & miror, à Barone hæc minime observata fuisse, quamvis proximè accesserit, & quasi videre cœperit, ut patet ex his verbis, §. 3. *Nisi distinguere placeat duos prudentia gradus, inquit, unum ad assensum speculative, alterum ad opus, atque ad officium*; dicere debuerat, ad judicium practicum; dat etiam, opinionem illam venatoris probabilem esse, ac proinde cum formidine conjunctam, sed ad emittendam sagittam imprudentissimam esse; quis hoc negat? in ordine tamen ad assensum, id est, ad judicium speculative, quis neget esse probabile, id est, gravi motivo niti, ac proinde non temerè, sed prudenter & rationabiliter formatum, cum tamen judicium practicum de sagitta in feram probabiliter dumtaxat creditam emittenda, imprudentissimum sit: sed quæso te, Antime, cum hoc tuum sit ratiocinium, certum est, hanc opinionem esse probabilem; certum igitur, prudentem assensum esse, ac proinde certum, illius electionem & usum etiam prudentem censendum; si hoc ratiocinium valet in quibusdam, cur non in omnibus, nec enim admittis in omnibus, ut forte aliqui.

56. ANTIM. Ex his, quæ alibi diximus, hoc facile solvere potuisses, in hunc modum; quando tenemur ad aliquid certum faciendum, non satis est, opinio probabilis, v. g. minister Sacramenti tenetur conficere Sacramentum certum, quantum potest; judicat hanc esse materiam probabilem, ac proinde Sacramentum probabile tantum ex ea fieri, non certum; alia materia certa suppetit, ex qua judicat, cer-

§. 3. definitionem Fabrianam ambiguam, aut malam omnino, & his quaestionibus dirimendis, inutilem esse; viderit prudens Lector, utrum ex mea definitione modus praesentis controversiae non solvatur; & an recte per illam distinguatur opinio verè probabilis à cognitione certa, & ab opinione improbabili, sub qua erroneam, certò falsam, temerariam, scàndolosam complector; quod certè adversarii non praestant, tum per suum assensum formidolosum, tum per suam illam verisimilitudinem; ac demùm utrum illam Baro, ut sibi arrogat, atque ad eò totum opusculum illi me adstructum dissecerit; certè, ut dicam, quod res est, vix eam aspexit, nedum attigit; utpote, qui eam minime intellexerit, aut dissimularit à se intelligi, cum illam doctrinam nostram, seu potius communem, de opinione probabili, quolibet articulo fidei sibi obsecurore & creditu longè difficiliorē videri, dicat, *disput. 2. sect. 5. art. 3. §. 1.*

61. PITHANOPH. Postquam definitionem tuam discussit, eo profectò eventu, quem uterque supra explanavimus, duo tantum ibidem indicat, quae ex illa tua definitione arripuit: primò, inquit, non videtur seriò agere, aut bona fide (de te loquitur) cum dicit, *Nos haud dubiè nugari, qui omnem opinionem falsam, quamvis aliqui probabilis sit, à doctrina morum excludimus; & subinde contra nos arguit, quasi vel omnem opinionem probabilem reprobemus, quod sine stultitia, inquit, dici nequit, vel aliquam admittamus: quanam porò illa? quam responsionem falsam suis à te assingi, dolet, ac dicit, eam tantum probabilitatem sibi displicere, quae commodo favet, contra salutem; & tandem miratur, omnes opiniones probabiles, siue stent pro lege, siue pro libertate & commodo, aequè ruras tibi visas esse.*

62. ANTIM. Tu ipse nugari illos, dixeras, in primo Dialogo, pag. 4. qui eam dumtaxat opinionem probabilem admittendam esse, ducunt, quae cum veritate consentiat; ut & omnem opinionem, sine stultitia reprobati non posse dixeras, & jure quidem utrumque: primum illud adstruxerat Wendrockius, *not. 1. sect. 2. §. 1. & seq.* unde faciliè Baro id conjicere poterat, illud nugantur in eos cadere; in quo, ut mihi in se loquar, bona fide agere non videtur, quod tamen perperam mihi exprobrat: illud etiam stultitia in eos dumtaxat quadrat, qui omnem opinionem probabilem omnino reprobant, quod à nemine sanae mentis vel in dubium revocari potest; unde nullo negotio videre potuit, haec in eos non cadere, qui probabiliorē tantum, aut certè tutiorem in praxi & usu admittunt: audi verba Stübrotckii, in 5. epist. not. 1. sect. 4. §. 1. *Si hoc unum dumtaxat probares (Wendrockium alloquitur) teneri scilicet quempiam, ad probabilius, nihil reverà esset, quod jure in te castigarem; nonnulli enim haec sententia probabilis videtur; illa igitur in eos dumtaxat cadunt, qui nullam opinionem probabilem admittunt, nisi vera sit, quod ridiculum & stultum dictum est, cum illa veritas certa esse non possit; alioquin illa opinio certa esset, non probabilis; cum autem dubia veritas resset, si vera tantum licita esset, novo dubitationis genere conscientia laboraret, ut patet: errat etiam Baro, in eo, quod opinionis robur & pondus ex operantis commodo, vel incommodo duci & metiri; quod, quam sit ab omni ratione alienum, manifestum est; quasi verò illicitum sit, proprio commodo honestè ac moderatè studere, aut proximè periculosum: deinde proprium com-*

modum ad animum etiam pertinet; quid enim commodus & utilius, quam celestem gloriam sibi comparare, necnon celestibus donis, etiam in terris polere, interna pace gaudere, sedatis animi moribus, prospera etiam frui valetudine: dicam amplius, opibus affluere, modò cor immoderato in eas studio minime feratur; nihil profectò istorum malum est, nec proximo peccandi periculo obnoxium: deinde, si quis de opinione me consulat, nec mihi scribitur, nec metitur, & nulla duci possum proprii commodi ratione, cum mihi perinde sit, si veis, qui me consulit, hanc vel oppositam opinionem adhibeat; non negarim tamen, aliquos esse, qui non alio, quam propriae utilitatis studio scribunt; iis certè parum curae est, utrum vel probabilior tantum, vel etiam minus probabilis licita sit, aliò spectant, ego non judico quemquam; aliorum esto judicium, & publicae famae, de stylo vanali, placendi studio, assentationis officio, & aperta suspitione ambiendi.

63. PITHANOPH. Sed quaso te, quomodo ex tua definitione, haec arripiamus, non video: nam primò haec leguntur in Dialogo, pag. 4. ut vel ipse fatetur, cum tamen pag. tantum in definitionem illam tradideris; arripimus igitur ex illa definitione, quae nondum fuerat proposita: deinde nihil ad illam definitionem dogma illud Wendrockianum, quo illa dumtaxat opinio probabilis admittenda est, quam veram esse, constat, nec enim, ut docet, falsa eximit culpae; nihil ergò in his ex dicta definitione à nobis arripitur. Ibidem etiam tibi affingit, quasi opinionem illam probabilem ut tutam approbes, quae voluptati favet, contra salutem; nullam certè probabilem ducis, quae salutis officio, legi repugnet: Hostem sibi fingit Baro, quem impugnet; haec profectò chimæra est, quod de sua heresi falsò ac temerè Wendrockius jactare non cessat, cum nullam omnino approbemus opinionem, quae sit contra legem, vel quae periculo proximo violandae legis hominem exponat: dubia lex non obligat, ut centies diximus, cum Suare; nulla igitur est, ut fuisse alibi: unde hoc probandum esset adversariis, quod nobis temerè affingunt; illud unum dico, opinionis probabilis, non cujuscumque, sed tantum certò probabilis, idque in re purè morali, ut supra explicatum est, usum certò licitum ac tutum esse, imò in omnibus humani generis aequè tutum formaliter, id est, aequè peccato eximens, ac proinde proximo peccandi periculo, nam remotum nihil facit ad culpam: unde nunquam salutem in discrimen adducimus, quando humani generis opinionibus utimur; neque haec Baro absque ulla probatione jactare debuisset, aut saltem argumenti adducti solida refutatione, sed prudenter tanè; quid enim solidum saltem opponere potuisset, contra notoriam definitionem; nihil aliud sonat nisi periculum, periculum, lex, lex, libertas, commodum, &c. Sed quid haec ad nos, qui conscientiam certam esse volumus, ut patet ex Dialogo: ac proinde proximum periculum arcemus, legem non violamus, libertati plus aequo non indulgemus; o utinam omnes Adversarii secundum opinionem certò quidem, ac minùs probabilem scriberent, de omnibus non dico, de nonnullis taceo quidem, quia stylus & loquela illos manifestos facit.

64. ANTIM. Vides, quam praeclare hunc paragraphum terminet: Sed, inquit, de hisimo Theologo pœcet, de me loquitur, per ironiam fortè, juxta constitutam probabilitatis definitionem omnia equè in tuto posita, quamcumque eligas opinionem. Nihil haec calumnia sit, eaque notoria, nulpiani profectò calum-

calumnia est; titulum illum doctissimi Theologi in hoc non arago; ab omnibus discedere semper parati; a Barone etiam, si meliora doceret; sed quare, Vincenti Baro, ubinam hoc mihi placere quod te, nimirum omnia aequè in tuto posita, sine dictum fuit? nimirum omnia aequè in tuto posita, appella locum, li- quamvisque eligas opinionem; appella locum, li- brum, paginam, lineam, &c. juxta constitutam, inquis, definitionem; nunquid ex illa rejeci, pri- mo omnes illas opiniones, quæ verè quidem; non tamen certò sunt probabiles; igitur non approbo, ut totam quamcumque eligas opinionem; secun- do omnes illas etiam respui, quæ nihil habent nisi verisimilitudinem quamdam, in qua veram proba- bilitatem perpetam constituis; aliud enim est, ut lapidè dicere solitum esse verè, aliud esse ad spe- ciatantum, seu verisimiliter probabile; inter quas reprobamus omnes opiniones improbables, inter quas reprobamus omnes opiniones, quibus nonnulli fortè asse- runt adhiberi posse materiam, aut formam proba- biles Sacramenti, probabile medicamentum, a- lique hujusmodi circa judicem, bellum, religio- nem, &c. hocine est omnia aequè in tuto pone- re? quamcumque eligas opinionem? hinc fidem tuam, admodum reverende: item illorum, qui librum tuum impatibus adornarunt elogiis, & quam agnoscant in tuo calculo commendarunt, sed de his breviter appendice.

65. PITHANOP. Te appellat etiam sequenti S. 4. atque dicta definitione tuam illam regulam melio- rem non videri; qua vis, inquit, exigi, nimirum rein- tegrari, ad præsentem potius rerum statum, & recen- tiorum Theologorum sensum, quam ad antiquos Ec- clesiæ mores, aut ad Sanctorum Patrum mentem & scripta; & hic plura Rhetoricè declamat; quis culdillet, inquit, ista in contemptum præterito- rum calculorum aliquando dictum iri; & cum de improbabilitate disputamus antiquos Patres ex- citamus, & solos Doctores nuperos audiri, atque adeo hujusmodi traditionis auctoritatem in apertum dis- cussu vocari nec enim credibile est, Apostolos præ- terisse modum, quo divina præcepta observanda sunt, eo possumus, ut sciamus, quam ex opinio- nis improbabilitate, tuto & prudenter sit eligenda; sub- tilius prudentissimè; hac potius explicuimus, quam putamus: quod dat accipimus, hac mera verba, ar- gumenta pollicetur in 4. classes distincta, sed illic et- iam verba.

66. ANTIM. Falsum est, mendacium est, im- probabile; telege mea verba, pag. 8. ut calumnia pa- teretur, ita se habent, inde autem certa regula statuen- di, non ex definitione mea, ut perpetam arguit, cum tradidi, pag. 11. unde vides, quam sit hujus- modi fides; igitur non ex mea definitione, sed ex illa, quæ proximè disputaveras; scilicet opinionum improbabilitatem ex præsentium temporum usu cen- tendum esse, idque in omni doctrina probabilis ge- nère; ita ut illas opiniones probabiles habende sint, quæ communis usu & calculo donantur; usu inquam præsentium temporum, quem sapientes non improbant, nec Ecclesia re- probat, sed fidelibus liberè concedit: nec enim præteritorum temporum ratio habenda est, si præsentium usus iisdem non suffragatur; & verò quis nescit, inter antiquiores non aliosque, qui aliquam opinionem in doctrina morum ad- probrant, qualicet eo tempore probabilis esse videretur, tamen improbabilitate deinceps excidit: aut si forte im- probabilitatem nonnulla visa est, novo deinde lucis appulsu pro- babilis evasit, standum igitur communi præsentium tempo- ris usui ab Ecclesia probato, si is cum antiquo reverè consentiat, si vero non nullus diversus sit. Hac ibi,

quid quæso in his contra antiquos Ecclesiæ mores, contra traditionem Apostolicam, contra mentem & scripta Sanctorum Patrum? quid de recentio- ribus Theologis? quid de præsentium rerum statu? de his, ne verbum quidem; mirare Baronianam fi- dem: nunquid diserte de opinione probabili? ec- quis neget eam probabilem, quæ communis usu ab Ec- clesia probato donatur? iidem sunt semper Ecclesiæ mores, eadem fides, eadem traditio Apostolica, Ec- clesia aequè hoc tempore Sanctorum Patrum men- tem & scripta atque olim maximi facit; de statis, certis, fixisque non agimus, sed de probabilibus, quæ fidelibus Ecclesia liberè concedit: hic certè com- munis locus est hæreticorum, ut præsentem Eccle- siæ statum, usum, fidem & mores damnent, unam crepent antiquitatem; in recentes præsertim Theo- logos, seu Scholasticos acriter invehantur, quod suis disputationibus sanam Ecclesiæ doctrinam corrupe- rint; his se conjunxit Baro, alio tamen fine; multa sunt in præsentium usu quæ illi minùs aridè videntur; nec enim multis locis dissimulare potuit; quorum nonnulla cum Wendrockio, quem passim laudat, vel excusat, illi sunt communia; nollet, nollet, ter- tiam illam propositionem Janfeni damnatam fuisse; nec etiam quartam, quæ Semipelagianorum notam à Molinistis, ut vocant, amoliantur: cum alijs ve- rò alia, nollet rem immaculatæ Conceptionis ed ven- nisse, quò jam per varias constitutiones Apostolicas perducta est; nollet tantam vim doctissimorum vo- luminum à recentioribus Theologis editorum, sub quorum pondere gemunt amplissima Bibliotheca; quod ægè ferre videretur, quasi Doctoris Angelici gloriam obscurant, cum tamen verius illustrent, scriptis doctissimis in ejus summam commentariis, nollet alia hujusmodi; sed mihi credat, vel inde sus- pectus, nisi constaret, quo fine, hæc scripserit, habend- us esset; ceterum, pag. 19. rectè à nobis dictum est, rationem illam ad prudentem assensum non suffice- re, nec tutam esse opinionem, quæ sensui commu- ni, vel divinæ fidei, vel traditioni, vel SS. Patribus, vel torrenti Doctorum repugnat; aut certè si ea, quæ opponuntur, solvi non possint: unde manifestum fit, quam injustè & calumniosè Baro nobis imposue- rit: esset reverà, quod argumentum retorquerem; quisquis enim præsentem Ecclesiæ statum & usum ab ea probatum reprobat, à graviore censura im- munis esse non debet, quam ne recriminatione uti videar, doctis & piis hominibus appellandam relin- quo.

67. PITHANOP. Posset haud dubiè paulò du- tius excipi; sed cum Catholicis & Religiosis homini- bus stylus ita temperandus esse videtur, ut nihil ac- cerbius excidat; errores tamen, si qui sunt, fideliter adnotandi, quod certè in hac disputatione minime prætermittimus; sed ab auctore isto libenter audi- rem, qui tandem ex SS. Patribus prædictam quæ- stionem discusserint, de usu scilicet opinionis verè quidem ac certò, sed tamen minùs probabilis: nempe in locis ab auctore isto, aliisque ejusdem factio- nis adductis, aliud quidpiam invenio: lego quidem apud SS. Patres, periculum proximum fugiendum esse, certum tenendum, & dubium dimittendum, prudenter, non temerè agendum in via Domini; sed quid hæc ad propositam quæstionem? quisquis enim opinione certò probabili utitur juxta illum modum, quem toties exposuisti, à periculo proximo immunis est, prudenter, non temerè agit, certum tenet, incer- tum dimittit; nihil ergò contra SS. Patrum mentem ac sensum; cum autem hæc notoria sint, nullum dubium

dubium est, quin ab iis supposita fuerint, ut ajunt, cur enim de notoriis disputarent? Primus ferè Doctor Angelicus toties suprà laudatus quæstionem movit, quid agendum sit in conflictu duarum opinionum contrariarum, & tandem concludit, aut ex contrariis opinionibus nullam dubitationem inducitur, & sic non peccat, quodl. 8. art. 13. Sed ubi certa est conscientia, nulla dubitatio restat: unde nunquam dubitavi, quin Sanctus Aquinas nostræ sententiæ suffragaretur: idem protius dicendum est de Alberto Magno, Paludano, S. Antonino, Sylvestro, Soto, aliisque præcipuis Thomisticæ Scholæ luminibus, quorum loca P. Dechamps, & multi alii adnotant.

68. ANTIM. Ultimo tandem §. hujus articuli, sic argumentatur: nam hucusque ab argumentis egregius sanè disputator abstinuit; totius contravertit arcem, inquit, placet unica argumentatione invadere; si ergo hæc unica machina disiciatur, arcem intactam servamus: vel ubi quæ, inquit, nulla excepta materia, das opinionis optionem, æquè aut minus probabilis, vel aliquam materiam excipis; atqui utrumque impossibile est, hæc summa est unica illius argumentationis: sed nego minorem, an forte probat? minimè gentium, sed meris verbis ludit, & exponit fusè, quid nonnulli ex Probabilistis sentiant, & dicant; in quibus tamen illius fidem; nullum enim pro more locum citat, & tandem ita concludit: *Hos omnes auctores communibus argumentis impugnabimus operosius infra, ut diversimodè sentiant, at nec infra, nec supra impugnavit, & frustra illud suum operosius ingeminavit; & verò quævis opinio verè ac certò probabilis de actione morali, tuta & æquè tuta est, atque opposita, ut sæpè diximus; quod autem pertinet ad Sacramentorum materiam & formam probabilem, &c. dico non esse opinionem probabilem, quod materia probabilis adhiberi possit, quando certa suppetit: idem dico de medicamento probabili, jure probabili, fera probabili, bello probabili, &c. licet enim hæc opinio, v. g. sit probabilis, antimonium est utile medicamentum, non tamen est opinio probabilis, quod adhiberi possit à Medico, si aliud, vel certum, vel probabilius medicamentum suppetat, sed de his jam supra fusè ad nauseam; igitur opiniones illæ probabiles de forma probabili, medicamento probabili, &c. non versantur immediate circa actionem moralem; sed circa aliud ab actione distinctum, ut patet: unde argumentum ab iis ductum nihil nobis negotii facessit; & ut res distinctius intelligatur, proponamus quamlibet ex iis opinionibus, quæ circa humanam aliquam, seu moralem actionem versantur, & quam certò probabilem esse constet, v. g. pactum trium contractuum non est usurarium, vel votum dubium non obligat; si enim hanc tutam esse, in praxi esse constat, de qualibet alia ejusdem classis & generis idem constabit; hæc igitur unica responsione omnia ferè adversæ partis argumenta dissilantur, quæ ducuntur ab aliis opinionibus probabilibus, quæ sunt non hujus generis, nec circa humanam & moralem actionem immediate versantur, sed circa quidpiam aliud, ut materiam probabilem, medicamentum probabile, &c. cujus tamen usum licitum esse probabile non est.*

69. PITHANOPH. Quantum à vero deflectat hic auctor, vix crederem, nisi fides oculis meis habenda esset, idque ferè in omnibus, v. g. quod unum genus opinionum verè ac certò probabilem contra legem, honestum, officium, salutem stare dicat, quod certè

repugnat intermixtis, nulla enim opinio, quæ stat contra legem & salutem certò probabilis est: quod opinionis probabilis vim & robur à comodo ducat, licet ad probabilitatem nihil protius conferat; quod semper confundat opiniones probabiles speculative, de alio objecto, quod non est humana actio, cum opinionibus probabilibus de actione moralis; quod circa fidem iusta atque mores opinionem probabilem esse dicat, quod absurdum dictum est; fides enim certum assensum desiderat, non probabilem tantum, nec mea fides mihi probabilis est, sed omnino certa; nec dici potest, quod hæretico error, quo laborat, probabilis sit; huc semper Baro celsipar; videtur quidem illi probabilis, imò & certa, sed fallitur; nulla enim hæres probabilis est; illum tamen, quo ad hoc, eximit culpæ, si error invincibilis est, de certitudine; nec enim propter hoc damnabitur, sed propter alia, quibus caret, ad salutem necessaria; dixi de certitudine; si enim error culpam probabilis tantum videretur, is certè non eximeretur culpæ, quia fides certa esse debet: unde cum jure dubitare de veritate, vel inde videret, hanc fidem non satis esse: id demum, quod dicit, in consiliario 3. aliquam opinionem esse posse contrariam probabiliorem speculative, quæ tamen practicè sit probabilis, quod nisi à protervis negari posse, affirmat; illud autem statim probat, ex materia probabili Sacramentorum, & hic perpetuò hallucinatur; hæc enim opinio, talis materia Sacramenti est probabilis, tantum est speculative, sicut hæc, probabile est, hunc lapidem esse marmor; alia porò est opinio circa consecrationem Sacramenti ex illa materia: nec est opinio probabilis, talem consecrationem licitam esse: unde pro eadem opinione Baro perperam accipit, speculative scilicet & practicè consideratam; sed errat: sunt enim duæ diversæ opiniones, quarum una est speculative, altera practica; prima est probabilis, secus verò altera: unde stat temper unum illud ac præcipuum nostræ sententiæ pronuntiatur; quotiescumque est opinio, vel assensus certò probabilis, quod aliqua actio, vel omisso non sit mala certò concludo, me prudenter sentire; ac proinde certum, tutum, secutum, & à proximo peccati periculo immunem usum illius actionis censendum esse, & me non peccare, quando illa utor.

70. ANTIM. Quid faceres huic Homini, qui semper hallucinatur, & judicium practicum de usu honesto ac licito, quod certum est, à judicio speculative probabilis de veritate objecti nunquam distinguit; huic certè formido inest, quod falsum sit, secus verò illi: unde dubitatur de veritate objecti, non dubitatur de honestate actus; sint enim hæc duæ certò probabiles, hoc pactum est usurarium, hoc pactum non est usurarium; formidatur utrumque de veritate objecti, cum utraque opinio sit tantum probabilis, & hunc assensum speculative appello; quia sistit in mera cognitione veritatis objectivæ; at verò cuique suum judicium practicum respondet in hunc modum: licitum est uti hoc pacto, licitum item non uti; utrumque certum est, ut sæpius diximus, nulla igitur formido inest: unde corrui evidens illud Baronis argumentum §. 1. contra Caramuellum: tutius est, imò profusè necessarium, inquit, illam opinionem ex duabus probabilibus eligere, quæ nullum habeat dubitandi locum, &c. si de judicio speculative loquitur; ut loqui videtur, implicat in adjecto, ut vocant; repugnat enim, esse opinionem probabilem, sine dubitatione, seu formidine,

non auræ captandæ causa, vel magnatum gratiæ, per assentionem; non ad spem ad infulas, aut dignitates, nec venali calamo utor: quod deum paralogismi me insinuat, neque id uno dumtaxat loco, sed ubique; est certe quod de illius charitate aut dextertate, levius saltem expositum, quod me tam multos errores dedocere, aut noluerit, aut nescierit; innatus tamen mihi est demonstrationis amor, quem in Mathematicis, Logicis, Metaphysicis, imò & Physicis, quantum hac materia patiens fuit, sæpè probavi: sed hoc etiam huic homini condonandum, utpote qui multa quoque alia falsa protulerit; sed pergamus.

73. PITHANOPH. Descende ad pag. 195. in qua te leviter fugillat: vult enim, petinde esse opinionis probabilioris delectum, & materiæ probabilioris usum: Licet, inquit, P. Fabri distinguat, pag. 9. malè citat, nili numerus fecerit: nam hæc distinguit, pag. 63. ita falsitibus assuetus, ut in his etiam minutioribus à veritate deflectat, consuetudo venenum etiam in cibum vertit.

74. ANTIM. Rectè, ni fallor, distinxit opinionem probabilem à materiæ probabili; & opinionem, quæ versatur circa materiæ probabilem, ab ea, quæ versatur circa humanam & moralem actionem; & nisi hæc distinguantur, ut supra, omnia ferè confunduntur: posita autem hac distinctione, omnia probè & facile explicantur; imò non tantum est probabile, verum etiam certum, materiæ probabilem esse; non tamen certum, illius usum esse licitum: unde ut res ad quæstionem moralem reducat, ita proponitur, an usus materiæ probabilis, dum certa suppetit, sit licitus; seu, an confectio Sacramenti ex materiæ probabili sit licita: ad hanc autem respondeo, non esse opinionem certò probabilem, sed de his jam supra fusi.

75. PITHANOPH. Ita est: quare ne fortè iterum regressus, venio ad pag. 202. disp. 2. sect. 3. art. 2. §. 2. in qua ex professo tuum illud principium, seu præcipuum pronunciatum impugnatur, quo scilicet distinguis opinionem certò probabilem, à probabiliter tantum probabili, & hanc dicis ad praxim tutam non esse, secus verò illam: & hæc distinctio, inquit, prior definitione melior esse non videtur, quod tali argumento demonstrat: certò probabile, inquit, non magis ingenerare potest assensum de re facienda prudentem, & ab omni culpa immunem, quam evidens probabile; quia certitudo minor est evidentia; at, qui evidenter probabile non potest facere iudicium de agendis certum: ergo, &c. probat minorem; probabile, inquit, nihil est aliud, quam verisimile; seu, quod ita ad verum accedit, ut non censeatur, omninò non posse non esse falsum.

76. ANTIM. Sustine quæso: vix intelligo quid dicat auctor, aut fortè nescit ipse, quid sibi velit: 1. enim nescire videtur, idem semper esse certum & evidens, extra res divinæ fidei. 2. certò, vel quod idem est, in hoc casu, evidenter probabile non ingenerat assensum prudentem, sed terminat; licet ex uno certo, aliud certum deducatur; ex assensu, scilicet, assensus, ut fit in quolibet ratiocinio scientiæ. 3. Dicit, assensum de re facienda, id est, opinionem circa actionem moralem; sed ipsa est opinio est certò probabilis, opinio igitur se ipsam ingeneraret. 4. Dicit, assensum ab omni culpa immunem; quasi verò assensui, id est, actui intellectus, non verò actui voluntatis culpa inest. 5. Dicit, probabile nihil aliud esse, quam verisimile, quod jam supra rejectum est: licet enim omne probabile sit verisimile, non tamen verisimile,

viciſſim, omne verifiſſime eſt probabile; quia poſſum cognoscere certò, unam partem eſſe veram, quamvis aliam verifiſſimile eſſe cognoscam; uti reverà judico, orichalcum deauratum, eſſe auro ſimile, quamvis certò ſciam, non eſſe aurum. 6. Demum hæc addit, ſeu quod ita ad verum accedit, ut non cenſetur omnino non poſſe non eſſe falſum; ſeu quod idem eſt, ut non cenſetur poſſe eſſe falſum: gemina enim negatio affirmationem facit, igitur quod eſt probabile non cenſetur poſſe eſſe falſum; viden, quàm benè hic homo rem iſtam intelligat, qui toties peccat in paucis lineis: crede mihi, in reliquis eodem modo ſe gerit; unde conſtat, dictum à me verifiſſimè, ut omnia & ſingula Baronis menda caſtigarentur, ſeu reſellerentur, grandi volumine, imò multis voluminibus opus fore, ſed perge.

77. PITHANOPH. Probabilitas, inquit, poſita eſt in nota vi rationum, quæ poſſint flectere intellectum, citra tamen certitudinem, ſed cognita illa probabilitas non habet aſſenſum de recertum; & quo illa certior eſt, nimirum utriuſque partis, eo magis dubius & ſuſpenſus manet animus; ergo falſum eſt, quod ſupponit P. Fabri, quaſi unicum ſui tractatus fundamentum, certò probabile facere certum prudentiæ iudicium.

78. ANTIM. Hic quoque multa peccat auctor; probabilitas quidem poſita eſt in ea vi rationum, ſeu robore, aut gravitate, quæ ſufficiat, ad prudentem, non temerarium aſſenſum, non tamen in nota: nam de objectiva in ſe conſiderata hoc loco agimus; quemadmodum enim propoſitio objectiva certa eſt, evidens eſt, nimirum in ſe, citra intellectus operationem, & ut vulgò ajunt, nullo proſus de illa cogitante, ita pariter eſt probabilis: ut tamen motivum illud grave moveat intellectum, debet cognosci; ſed in hoc difficultas non eſt, illud verò quod addit, cognitam probabilitatem non habere aſſenſum de recertum, ambiguum eſt: nam eſt iudicium certum de probabilitate, & probabile tantum de veritate objectivè: malè autem dicitur ſuſpenſus manere intellectus, quo certior eſt probabilitas utriuſque partis: nam 1. repugnat, certiorè ſimul eſſe utriuſque; quo enim certior eſt unus, minùs certa eſt alterius; quo una maior, minor altera; quo una probabilior, altera minùs probabilis. 2. non manet ſuſpenſus intellectus, cum neceſſariò aſſentiar probabilitati, & licet grave motivum utrinque proponatur, non tamen ſimul utrique parti aſſentitur, ſed determinatus à voluntate, alteri tantum pro voluntatis imperio; illam demum ultimam conſequentiam, ergo falſum eſt, certò probabile facere certum prudentiæ iudicium, omnino falſam eſſe, non jam probabile, ſed omnino manifeſtum eſt: nam ſi certum eſt, opinionem hanc eſſe probabilem, certum eſt per noſtram definitionem, quam ſuprà vindicavimus, aſſenſum illum eſſe prudentem, & certò judico, me prudenter aſſentiri: igitur licet aſſenſus ille ſit probabilis, eſt tamen prudens; & ut judico certò probabilem, ita judico certò prudentem: unde certò probabile non facit certum aſſenſum veritatis objectivè, concedo; hic enim aſſenſus eſt probabilis, non facit certum aſſenſum prudentiæ, nego; cum tam certum ſit, eſſe prudentem, quàm certum eſt, eſſe probabilem.

79. PITHANOPH. Improbatur etiam illud quod habes, de ſpeculativè probabili, in hunc modum: Nec verius eſt, inquit, quod addit, quidquid ſpeculativè probabile eſt, eſſe tantum probabiliter probabile, ſi in uſum nequeat ratiò uſurpari.

80. ANTIM. Iſte Homo non ceſſabit unquam

imponere; nunquam enim dixi, quidquid eſt ſpeculativè probabile, eſſe tantum probabiliter Probabile: ſed ut modum illum loquendi à nonnullis uſurpatum explicarem, ac retinerem, qui dicunt, aliqua eſſe tantum ſpeculativè probabilia, non practicè dixi, id eſſe tantum vel dici ſpeculativè probabile, non practicè, quod eſt tantum probabiliter probabile; nec ideo in uſum uſurpari tutò non poſſe, quia eſt ſpeculativè probabile, quis hoc dicat? ſed quia eſt tantum probabiliter probabile: ac proinde tantum ſpeculativè probabile, non practicè; hæc ſanè Baro, vel non intellexit, vel diſſimulavit.

81. PITHANOPH. Ex his reliqua facilè reſicio; vult enim aliam eſſe cauſam probabilis, & tunc opinionis, tunc ſcilicet ab eſſe à periculo peccandi probabilis verò, vim, robur, gravitatem rationum, ſeu motivi, qualia ſunt argumenta impiorum, contra myſteria fidei, quæ ſunt tantum ſpeculativè probabilia, ea ſcilicet probabilitate, quæ certò & evidenter nota eſt.

82. ANTIM. Horreo ad iſta, error eſt; diſſimularem non poſſum; cum repugnet veritati Catholice, quæ certa eſt; oppoſitum autem nec eſt, nec dici poſteſt certò probabile, nec tantum certò probabile, ſed ne probabiliter quidem, quamvis per errorem id ſibi perſuadeant impii; ſed error probabilitatem, vel opinionem probabilem non facit: aliud enim eſt, ut ſæpè dixi, ſed Baro pluſquam temerè reſpuit, eſſe verè probabile, & videri cupiam probabile; ſicut aliud eſt, eſſe aurum, & videri aurum, eſſe certum, & videri certum: unde vel ex hoc, reſcienda eſt Baronis & ſociorum definitio probabilitatis, quam perpetram conſtituunt, in quavis falſa licet, & apparente, ut vocant, verſimilitudine, denique licet ratio formalis opinionis probabilis in gravitate motivi ſufficientis ad prudentem aſſenſum poſita ſit, & opinionis tuta, in certa excluſione peccati, hoc tamen non facit, quin certum iudicium de prudente aſſenſu & prudente uſu ſequatur ex certo iudicio de probabilitate: nam reverà, ſi certum eſt, opinionem eſſe verè probabilem, certum eſt aſſenſum de bona actione eſſe prudentem, ac proinde certum, uſum ejusdem etiam prudentem eſſe; & verò reſiſta patet ex reſtminis; judico certò me prudenter ſentire, ac dicere, actionem illam eſſe licitam; igitur certò judico, me non peccare, cum eandem actionem pono; certò judico, prudentem aſſenſum; igitur judico prudentem uſum; ſit enim uſus imprudens, v.g. igitur prudenter non ſentio, vel aſſentior, eſſe bonam actionem; uſus enim dumtaxat actionis illicitæ imprudens eſt: igitur ſuppoſita mea definitione, quæ ut ſuprà dictum à me fuit, negari non poteſt, rectè demonſtratum mihi videtur, iudicium practicum certum eſſe; ac proinde opinionem certò probabilem tutam eſſe in praxi; ubi autem tuta ſemel ſtatuta eſt, fruſtra tutior quaeritur; cum teneamur tantum ad tutam, imò propriè loquendo, una tutior non eſt, quàm alia, ſed proſequamur alia.

83. PITHANOPH. Pag. 237. nimirum diſp. 2. ſect. 4. art. 1. §. 1. tibi imponit, quod Atheorum argumenta, de quibus ſuprà contra providentiam & religionem, &c. ducas, eſſe probabiliter probabilia, & ſpeculativè, non certò & prudentem; verè, opinor, dixi, tibi imponit; ubi enim hæc dixeris, non invenio; ut autem impoſturam Baro melius tegeret, locum, ſeu paginam minimè appellavit.

84. ANTIM. Hac arte peſſima utitur: attribuit variis auctoribus, ut Suarez, Sanchez, Molina, Vazquez, Valentini aliſque omnia, pro arbitrio; ad

natum,

nummista Sanchi inquit, ita Vasiq. nullo prorsus loco
ante de ut huius convecitur, tot & tanta volumina
hinc inde sunt sed quisquam finis, imò illustratis
quod tantis voluminibus, nihil aliud dicere possu-
mus, nisi hoc, quod Baro affinxit, inventa in iis non fu-
isse, ut eadem fronte reponet, oculos effugisse; si
vero Wendrockius federatus neget, quinque pro-
positiones damnatas in libro Janseii contineri,
quasvis centies, appellatis locis secus, demonstra-
tum fuerit, eadem arte asserere poterit, aliqua conti-
neri appellatis auctoribus, quamvis à legentibus
non appellatis auctoribus, à me dictum un-
quam repertum: ut sit, falsum est, à me dictum un-
quam fuisse, impiorum argumenta esse probabilia,
quod probabiliter, quia certum opponitur improba-
bilibus, pag. 87. diserte assero, nunquam errorem, opi-
nionem probabilem dici posse ab his, ut illud admit-
tant, quod summo vitio Baroni verto; immo sibi con-
trario hoc loco, ubi habet prædicta argumenta im-
probabilia reputari à Caramuele; cui tamen *sect. 4. art.*
pag. 114. hanc sententiam attribuit, quod sufficiat
quod probabilis in rebus divinis fidei; Doctissimum
tamen Pærsalem defendendum minimè suscepit, ipse
se huius est; nec alienis indiget armis, dico tamen,
nummista illi Barone, per meram calumniam, affi-
xisse fuisse, de quibus nunquam cogitavi; sed quid ab
exspectaret, qui Reverendissimum Ecclesiæ Episc-
opum *pag. 114. sect. 4. imit.* Iseophantem appellare
non dubitavit; itaque, est, quod Baroni denunti-
ent, omnia & singula absurda, improbabilia, ridicu-
la, hæc, infusa, im pia, blasphemia aliaque huiusmo-
di, quæ auctoribus illis quos probabilitas vo-
catur ab his, sine teste, ac probatione, ac nullo citato
loco impolitum, calumniam, fictionibus & menda-
ciis habenda esse, cum etiam multa ex iis, quæ citatis
locis tribuit, afficta & ficticia esse manifestum sit,
utque hæc in fidei, ea quæ à nobis huculque
fuisse fuerunt.

1. PITHANOPH. *pag. verò 315. disp. 2. sect. 5.*
art. 2. §. 3. dicit, à temale definitur opinionem pro-
babilem, per assensum prudentem; id est, à te poni
meditatione, quæcumque sunt controversa & pro-
bata, & quæcumque negantur à Theologis & SS.
Patribus, & hanc à se argumentis everfam fuisse glo-
riam, non gratulabor profecto, voluit evertere, sed
non evergit ostendimus enim, aliam definitionem ef-
ficere posse, quæ opinio verè probabilis ab assensu
te & opinione improbabili distinguatur, & huc
nullum inveni, qui negat, quando grave &
incommodabile motivum est, prudentem assensum esse;
ut dico usum, à quo probabilem opinionem distin-
guimus; immo præcindimus rem istam à materia
moralis, à peccato & usu, & dicimus, à nullo, qui rem
intelligat, negari posse, quempiam assensum pru-
dentem objecto proposito, si grave assensus & ratio-
nabile motivum proponatur, quod reverà grave dici
possit, si vel oppositum certum sit, vel urgeat indis-
solubile argumentum, *pag. verò 173. sect. 0. art. 1. §. 2.*
dicit, nullam à te admitti opinionem probabilem
posse, nisi sit certò & evidenter probabilis; rectè, om-
ni hæc ultro admittimus: ultimo tandem te appel-
lamus, *art. 2. §. 2. pag. 391.* & tuam definitionem vellicat,
quod, secundum illam aequè pareant probabilitas
& securitas; quod tamen falsum esse, constat; primò
quod probabilitas, quæ non est certa, sed tantum pro-
babilis, nullam affert securitatem; 2. opinio purè spe-
culativa, quæ objectum habet ab actione morali di-
stinctum, affert quidem securitatem assensus non ta-
men usus; 3. securitas non tantum ex opinione certò
probabili, quæ actionem moralem habet pro obje-

cto, ducitur; verum etiam ex cognitione certa, sive sit
fidei, sive scientiæ, sive principiorum; per te igitur
probabilitas & securitas aequè late non patent; quæ
fide igitur, Baro hoc tibi affingit ex quibus manife-
stum sit, quanti faciendus sit hic Hostis, Plautinum
alioquin Thrafonem agens, qui non modò Adversar-
ium non lædit, quamvis illum ictu multiplici petat;
sed in ejus arma, seu mucronem cæco imperu cor-
ruit, qui dum sanam doctrinam perperam impugna-
re conatur, parum sanam, immo erroneam spargit;
errores illos admittit, quos in te, frustra licet, calti-
gandos susceperat, & ut probabilitatis communem,
communique usu receptam sententiam profliget,
mille absurda, obscura, & improbabilia scribere &
publicare non dubitat.

86. ANTIM. Timeo, ne hic congressus longior e-
vadat; in eum, qui proximè succeder, reliqua, quæ
sunt hujus auctoris remittamus, ea scilicet, quæ refel-
lenda suscepimus.

PITHANOPH. Bene mones; singula interea adnota-
bo, ut eorum amicis & literatis hominibus copiam
faciam; salve mi Antime, quam primum adero.

ANTIM. Tu quoque salve Pithanophile; te citò re-
diturum præstolabor.

DIALOGUS V.

De Opinione probabili.

In quo reliqua hujus auctoris in præmis-
so dialogo proposita eadem sincerita-
te refutantur.

1. PITHANOPH. CENTIES, & milies librum
Cistum clausi & aperui, Anti-
me; clausi sanè, quia tam copiosam discussionis, vel
potius refutationis sylvam in eo reperio, ut vix liber
multiplici etiam congressu pro dignitate refutari pos-
sit; aperui verò, quia nullus unquam liber, in meas
manus incidit, in quem refutatio magis appositè qua-
draret; quod ad primum spectat, nulla pagina, nullus
penè versus sine mendo & vitio; nam vel auctor
peccat in doctrina, id sanè idem idem; vel in ratio-
cinio; vix enim probat unquam, quod probandum
susceperat, idque passim, vel in adjunctis convitiis,
mendaciis, calumniis, ubique ferè ac semper; una igitur
litura dumtaxat posset: quod verò ad secundum,
cæptum opus omittendum esse, non putarem; nec
susceptam provinciam renunciandam; tam multa
porro adnotavi, ut pauca dumtaxat ex iis in hoc con-
gressu discuti valeant; quare ut saltem ex ungue leo-
nem, nonnulla seligenda esse mihi videntur, ex qui-
bus reliqua omnia censentur.

2. ANTIM. Prætermittamus omnia, quæ in D. Ca-
ramuel. Tamburin. Steph. Dechamps, Ferrer. Gui-
men. librum Apologiæ scripsit; jam discussimus ea,
quæ contra me, & Stubrock. nam uterq; in eadem na-
vi navigamus; nihil ad hæc, quæ contra Wendrock.
Anonym. nihil etiam ad ea, quæ contra Theoph. quid
enim ad tam horrenda convitia? satis erit, novum ma-
ledicentiæ onomasticum ex iis compilatum, lectorū
oculis subicere; quod fortè omni apologia efficacius
futurū est, apud eos saltè, qui de reb' huiusmodi rectè
judicant;